

Siliqua
descri-
ptio.

rum à Siliqua detorto. In Creta, Syria, Cypro, ac aliis calidioribus regionibus, arbores in speciem satius proceritatem attol-
luntur, ramis in latitudinem potius, quam in longitudinem protensis: cortice cineritio ad caeruleum inclinante, loti arboris
instar. Folio virent fraxineo, latiore tamen, duriore, rariore, ac magis circinato. Florent discedente hyeme, aut vere jam
appetente: fructificant vero astate, & autumno, dependentibus siliquis, primum viridibus, & deinde cum siccantur ex ru-
fo nigricantibus, mansu lignosis, sed dulci pulpa succoq; praeclatis, semine Aegyptia Siliqua haud dissimili. Siliqua recen-
ter ab arbore decerpta ingrato displicent sapore, sed tractu temporis in cratibus expansa & siccata, adeo mitescunt, ut &
dulces evadant admodum, & gustui suaves fiant. Melleo succo referta sunt, eaq; praesertim quae in orientalibus nascuntur
regionibus, ideoq; Indi, & Arabes, non parvam mellei succi copiam ab eis exprimunt, quo zingiber, Myrobalanos, Myri-
sticis nuce, & alia aromata condunt. Id quod testatur Strabo lib. 15. sua Geographia de Indici arboribus scribens. Aliud
Ficos Ac- siliquarum genus, quod sicum Aegyptiam cognominant, scriptis tradiderunt Theophrastus, & Plinius: de quibus mihi dis- 10
Egyptia. ferendum non proposui, tum quod Italis nusquam (quantum equidem sciam) nascantur, neq; cognoscantur: tum etiam
quod nullum habeant usum in medicina. Siliqua sicca, et si omnium consensu manifeste adstringunt, compertum est tamen
praestare earum decoctum potum mirifice tuentibus, ob dulcem, melleamq; substantiam, quae inest. Siliquas in cibis
Siliqua- damnavit Galenus lib. 2. de alimentorum facultatibus, his verbis. Ceratia quorum tertia syllaba per, t, literam scribitur,
vires ex Galen. & pronunciatur, nihil cum cerasis per scriptis habent similitudinis. Est autem pravi succi edulium, ac lignosum: unde ne-
cessario sequitur, ut concoctu sit difficile: nihil enim quod lignosum est, facile coquitur. Præterea incommodum illud ipsis
inest non parvum, quod non celeriter deiciatur: proinde satius esset, ea ad nos non importari a regionibus orientalibus, in qui-
bus nascuntur. Sed de viribus quas & arbor, & ipsa habent in medicina, idem Galenus differens lib. 7. de simplicium medi-
camentorum facultate, sic inquit. Ceratonia exiccantis est & adstringentis facultatis, sicut & fructus ejus, quae ceratia vo-
cant, nonnihil etiam dulcedinis continent. Accidit autem istis quiddam simile cerasis: nam si humida sumas, magis ven- 20
trem subducunt: sicca vero magis siccant: ut pote cum humiditatem expirent & quod essentia est crassior, tantum reliquum
habeant. Κεράτια Græcè, Latine Siliqua vocantur: Arabicè, Charumb: Italicè, Carobe & Carobole: Germanicè, S.
Johannes Brot: Hispanicè, Alfarobas: Carronges, Gallicè, Carouge: Bohemicè, Svatheo Janachleb: Officinis, Carobe.

Κεράτια ob corniculorum similitudinem, Ceronia arbor Theophrasto, officinis Xylocaracta, pro
Xyloceratia & Carobe. Cératonia, Dod. gal. & fol. Gef. hort. Lug. Ceratia Clus. hisp. Ceratia siliqua, Lob.
Tab. Siliqua, Lac. Lon. Cord. in Diosc. Cast. Cam. Siliqua dulcis, Alpino. Siliqua arbor Gef. hor. Cæsal.

I. MALUS.

MALUS OBLONGO FRUCTU.



MALA.

MALA.

CAP. CXXXI.

Folia, flores, & germina cum omnis mali, tum maxime cotoneæ adstringunt. Pomis acerbis adstring-
endi vis inest, maturis vero longè secus. Ex iis verna bilem gignunt, nervos omnes lædunt, inflationes
pariunt. Cotonea stomacho utilia, urinam cient, verum tosta mitiora habentur. Profunt celiacis, dysen-
tericis, purulenta extuscentibus cholericis, praesertim cruda. Maceratorum liquor commodè in stoma-
chi, aut ventris fluxionibus, potui datur. Succus crudorum assumptus orthopnoicis salutaris est. Deco-
cto soventur vulvæ, & sedes, si procidant. Cotonea, quæ melle condiuntur, urinam movent: mel autem sibi
constri-

constringentem illorum vim, & inspissantem adsciscit. Quæ cum melle coquantur, stomacho, atque ori gratiora sunt, sed minus inspissant. Cruda cataplasmatibus adhibentur, ad cohibendam alvum, aut si stomachus æstuet, aut in vomitiones effundatur: ad matiarum inflammationes, præduros lienes, & condylomata. Fit vinum ex ipsis tuis, expressisq; sed quò perduret, quindecim sextariis succi unus mellis adjungitur, alioquin in acorem degenerat. Prodest ad omnia, quæ dicta sunt. Fit & oleum ex iis, quod melinum vocavimus: quo utimur, quoties adstringenti oleo est opus. Eligi oportet vera, quæ sanè rotunda, parva, & odorata: quæ verò struthia dicuntur, magna quidem sunt, sed minus utilia. Flos & viridis, & succus cataplasmatibus imponitur: iis conveniens, quæ adstrictionem desiderant, inflammationibus oculorum, rejectionibusq; sanguinis: contra citam alvum, & mensium impetus, in vino bibitur. Melimela
 10 ventrem molliunt, & ab eo animalia expellunt: stomacho negotium exhibent: æstuationem faciunt, ea multis dulcia mala vocantur. Epirotica mala, quæ Latine orbiculata dicuntur, stomacho utilia, sistunt alvum, urinas evocant: malis tamen cotoneis invalidiora. Sylvestria mala similia sunt vernis, & adstringunt. Sanè in hunc usum immatura omnia opus sunt. Persica poma matura tam stomacho, quam ventri utilia sunt: acerba alvum cohibent, sed sicca vehementius. Decoctum è succis alvi stomachiq; fluxiones sistit. Armeniaca, quæ à Latinis præcocia dicuntur, minora sunt supradictis, & stomacho utiliora. Medica mala, persicave, aut cedromela, quæ Latini citria vocant, nemini non cognita. Arbor ipsa omnibus anni temporibus pomifera, aliis deciduis, aliis subnascens. Malum oblongum est, rugosum, colore aurum imitans, cum gravitate odoratum: semen habet pyri. Id in vino potum venenis resistit, alvum movet: oris suavitatem commendat, decocto ejus colluto, aut succo: estur in malacia mulieribus. Vestia-
 20 riis impositum ab erosionis vitio vestes vindicare existimatur.

IN malorum quoque genere Dioscoridi recensentur Persica, Præcocia, Cotonea, & Citria: quippe quòd eandem effigiem, & formam repræsentare videantur. Sed nos primum de vulgaribus malis agemus, reliqua subinde sigillatim prosequemur. Malorum itaq; planta unico tantum exit caudice, ramos inde statim mittens, in latum longumq; se diffundentes: vestitur crasso satis libro, cinereo exterius colore, & interius flavo, levi potius, quam aspero. Folius est oblongus, carnosus, per ambitum tenuiter serratis. Flores edit verno tempore foliatis, albo colore, vel ex candido sensim purpurascetes, è quibus poma oriuntur forma, colore, magnitudine & sapore varia. Radicibus nititur paucis, non in profundum actis, sed summa tellure vagantibus. Domestica in hortis, vineis & pomariis habentur. Sylvestria verò locis campestribus, tum etiam in sylvis & collibus spontè nascuntur. Fructuum diversa sunt genera, ac plura quam explicari possint: quin etiam & sapore, & forma diversa, quo fit ut varia quoque sint eorum functiones. Alia namq; (ut Galenus inquit lib. 2. de Alimentorum facultatib.) austera, alia acidum, dulcemve saporem gerunt. Sunt etiam quæ ex iis mistum habeant, ita ut appareant & dulcia simul & austera. Quædam præterea cum dulcedine manifestè acida sentiuntur: adhuc alia cum acore acerba. Invenias autem nonnunquam & quæ tres simul sapes planè referant, dulcem scilicet, & acidum, acerbq; nonnihil. Ceterum mala quidem, quæ adstringunt, succum habent frigidum quidem ac terremum, quæ verò acida apparent, frigidum succum habent, verum tenuium est partium. Mala autem temperata sunt dulcia, quæ ad calidius vergunt. Quemadmodum quæ omnis qualitatis sunt experta, insipida, ac veluti aquosa, ad frigidum inclinant. Malis igitur uteris pro vincentium saporum facultatibus: austera quidem, cum ventriculus vel propter calidam intemperiem, vel ob multam humiditatem fuerit imbecillus: acerbis autè, cum hæc aucta admodum fuerint: acida, cum crassum succum, qui non magnopere frigidus sit, suspicaberis in ipso esse collectum. Siquidem succus frigidus non acida, sed acia postulat. Utraq; certè & acida & acia succos crassos
 40 incidunt: in eo tamen differunt quòd hæc quidem cum refrigeratione, illa autem cum calfactione id præstent. Porro dulcis malorum succus, cum sine acrimonia, & crassitie, hoc est, cum solus exquisitus fuerit, celerius, quantum in ipso est, distribuitur: quòd si acrimonia, aut crassitiam habuerit, citius subducitur. Ceterum optima etià genere mala vitæ sunt, antequam in arboribus maturaverint: quippe quoniam concocti sunt difficilia, & frigida, tardeq; permeant, & parvi sunt succi: ad hæc succum habent frigidum, & leviter crassum. Quæ verò belle matura in hyemem, & ver proximum asservantur, ea morbis sæpenumero perquam utilia sunt, aut farina aqua subacta circumlita, aut calidis cineribus mediocriter assata, aut pulchrè in aqua bullientis vaporibus percocta. Dare autem ipsa convenit statim post cibum, aliquando etià cum pane, ad ventrem, & stomachum roborandum, iis qui cibum fastidiunt, tardeq; concoquunt, quiq; vomitu, diarrhæa, ac dysenteria infestantur. In hunc quoque usum apta sunt acerba: nam parata ut modo dixi, mediocrem retinent adstrictionem. In Hetruria principatum obtinent, quæ Appie, & Mele rose vulgò vocantur: quandoquidem hæc duo genera, cum suaviter oleant, gustuq;
 50 arrideant, cum naribus, & palato maximam ineunt gratiam. Ea q; propter non longè eum aberrare putaverim, qui dixerit Appia esse Dioscoridi melimela: Rosea verò, quæ eidem Epirotica, & Latinis orbiculata dicuntur. Quæ verò adeò rubent, ut cruore perfusa videantur, & acido gustu sunt prædita, non alia de causa ita rubescunt (si rei agraria auctoribus credimus) nisi quòd ex mali & mori nigra insitione suam traxerint originem. Cornarius sua tantum, ni fallor, opinione ductus, putat in suis commentariis, in Galeni libros de composit. medicamen. secundum locos, Cestiana poma esse arantia sive aurantia mala, quæ in Citrei mali genere ab omnibus recensentur. Nec eum potuit à sua sententia revocare Plinius, qui lib. 15. cap. 14. apertissime scribit à Cestio cestiana, à Matio matiana, à Manlio manliana, à Claudio claudiana, & ab Appio appiana mala per inventorum nomina, à quibus habuerunt originem, Romanis fuisse cognominata. Quocirca eo loco scriptum reliquit Galenus ex auctoritate Apollonii, quòd in capitis dolore ex ebrietate cestiana mala, sic in urbe Romana
 60 appellata, in cibis cocta conferunt, quòd austera sint facultate: non, ut somniasse videtur Cornarius, aurantia, quæ præterquam quòd Appollonio, & Galeno incognita fuisse censentur, nusquam genti, quòd equidem sciam, cocta exhibentur. Quo fit, pace omnium dixerim, ut qui sua cervicis duritiam consulunt, suas sæpius reprobare sententias audiant. Malos, quæ fructus suos tanquam steriles, dare recusant, secundas effeceris, si plumbeo circulo earum caudicè altitudine pedis à terra strictim conclusis ante florum adventum, & cum mala cæperint adolescere, soluto vinculo eas libertate donaveris. Præstant dulcia poma ad melancholicos affectus, quinetiam contra pleuresim. Nam si dulce pomum calidis cineribus coctum, & glycyrrhizæ succo amylo, & saccharo albisimo confectum, pleuriticis edendum prabeatur, tam manè, quam vespèri, horis duabus ante cibum, illos quidem mirifice juvat. MALA COTONEA primum in Italia advecta fuerunt è Cydone Cretæ opido, unde Græci cydonia dicta sunt. Est itaq; Planta Cydonia malus cõmuni malo ferè similis, at qui folia angustiora sunt, leviora, carnosiora, duriora, & à tergo candidiora florè fert album, vel ex albo purpurascens sylvestris rosa figura, quinq; per ambitum foliis distinctum, qui vere prodit. Hæc raro procera visitur, fructu scilicet incurvatos deprimente ramos. Cydoniorum
 malorum

Malorū
consider.
& histor.

Fructuū
diversa
genera.

Malorū
vires.

Poma
præci-
pua.

Cornaril
opinio
reprob.

Aurantia
Galen. i-
gnota.

Steriles
Mali quo
modo se-
cundæ fi-
ant.

Mala dul-
cia ad
Pleuriti-
dem.

Malorū
Cotone-
orū cõfi-
deratio.



Cydoni-
orum ge-
nera.
Pyracotonea.

malorum tria in Italia inveniuntur genera. Palma illis, qua peculiariter Mala cotonea cognominantur, pressa, incisuris intersecta melopeponum modo, colore ad aurum inclinato, lanuginosa. & longe ceteris odoratiora. Proximum locum sortiuntur, qua majore admodum corporis mole proveniunt. Dioscoridi & Galeno struthia vocata. Hetrusci hac pyra cotonea vocant: quippe quod forma magis pyra, quam mala referant. Pulpa, ac succo ceteris praevalent, colore tamen suaveolentia, ac viribus cedunt. Postremo Plinio milviana sunt, qua nonnullis notha dicuntur, quod tantum proveniant ex cotoneis malis, qua struthis insita fuerint, vel ex struthis, qua cotonearum surculos receperint. Hac malis grandiora, pyris vero, sive struthis minor visuntur: forma vero ac facultate inter utrumque media. Proveniant sata in hortis, vineis & viridariis. Valenter adstringunt, cohibent, roborantque: quin etiam refrigerant ordine primo, siccant secundo. Ceterum sanè hac omnia, praecipue mala, maxime officinis expetuntur in medicinae usum. Nempe quod ex omnibus praeter vinum, mivam, oleum, & quod Dyacidonium vocant, consiciantur & intinctus, & congelati liquores: qua omnia non egris modo apta sunt, sed etiam sanis utilia aequè & grata. Galeni ayo (ut ipse contestatur in libris, quos de alimentorum facultatibus conscripsit) Cydonite placent, quam officina Dyacidonii nuncupant, ex Libria, & Syria Romam conveyebatur, ex melle tantum & cotoneorum carne confecta, tam ad cibum, quam medicamenti commodum. Qua saccharo, vel melle condita reponuntur, perfecte matura legi debent, alias indurescunt lignorum instar, ita ut dentibus confici nequeant. Quae cruda per hyemem asservantur, seorsim à pensilibus uvis reponenda sunt, quod uvas suo acerrimo sapore adeo vitient, ut ea statim marcore conficiantur. Mirum est, quod multi ferunt, ut si mulier praegnavit Cydonia mala crebris esitaverit, paritura sit infans cum industrium, tum ingeniosum. Struthiorum radix adalligatur utiliter strumosis sed anteaquam eruatur, terra circumscribenda est sinistra manu: quin & oportet, ut qui fodit, dicat se id facere, & ejus causa. Cydonia mala praesumpta, alvum sistunt, contra vero citant, & vapores caput petentes reprimunt. Semina si in aqua decoquantur, quousque jus mucaginem contrahat, prosunt illis omnibus inflammationibus, linguaque scabritiem mirifice lavigant. Cydoniorum succus libra ponderare in quo corallorum rubeorum, seminis rosarum rubeorum, & Rhabarbari, cujusque drachma, una cum hypocistidis, & acacia, binis scrupulis, ad tertias bulliant, auxilium est magnum, ad biliosas vomitiones: quinetiam ad dysenteriam. Datur is quotidie potandus mane, & vespere horis binis ante cibum: verum affectos purgatos esse oportet. PERSICA autem

Diacyd-
onium Ga-
leni.

Mirum
admodum
auxilium.
Malorum
Cydoni-
orum vi-
res Mat-
thioli.

Perfico-
rum con-
sideratio
& gene-
ra.

Nuciper-
fica.
Persica a-
mygdala.

Cornarii
opinio
reproba-
ta.

malus notissima est: foliis Amygdala per omnia similibus, ligni materie fungosa, & imbecilli. Flores quoque amygdalinos profert, sed magis purpurascens. Radicibus nititur imbecilibus, minime in altum actis, unde fit, ut consenescat, & cadat. Persicorum plurima reperiuntur species: nam quaedam rubent, alia aureo colore fulgent, alia virescunt, alia candida sunt, alia sanguineo succo madent, alia duracina, alia cotonea vocantur. Ad hac quaedam habentur dulcia, quaedam acida, quaedam vinosa, quaedam amariuscule, & quaedam etiam austera. Prima laus in cibis duracinis, sic ex re dictis, quod duriore sint pulpa & caro tam pertinaciter habeat osi, ut nullo pacto ab eo avelli queat. Praecipua autem in hoc genere illis laus, quae ab aurei coloris nitore, odoreque perquam jucundo, Coronea cognominant. Secundas sibi vendicant partes, quae cortice detracto sanguineum succum fundunt, non propterea modo quod sint gustu reliquis suaviora, sed etiam quia magnitudine & colore sunt speciosa. Proxima sunt, nec praedicto generi fortasse cedunt, quae a nucis similitudine Nuciperfica, quod nucum juglandium faciem representent, cognominantur: hac enim cum colore & sapore non refragentur persicis cotoneis, tum etiam non ingrata dentibus duritie, gustum mira afficiunt voluptate. Est & genus aliud persicorum in Hetruria ac in aliis Italiae locis agricolarum mangonio factum, quae ideo Persica amygdala appellant, quoniam Persicorum osium vice dulces amygdalarum nucleos includunt. Habetur Persica ubique copiosa in Italia, sed in Apulia copiosissima provenit. Ceterum sanè multis contendit Cornarius, in suis commentariis in secundum Galeni librum de compositione medicamentorum secundam locos, ubique corruptum esse Plinii codicem in locis, in quibus de duracinis persicis tractat: quin & Pauli, & Palladii, & Con-



& Constantini Caesaris libros corruptos esse, ubi in iis de duracinis persici aliquid scriptum reperitur. Quandoquidem is, ubi in horum monumentis de duracinis persicis saltam fuisse mentionem legitur, ibi de rhodacenis, non autem de duracinis legendum esse censet. Verum cum inibi nulla vel ratione, vel auctoritate nitatur, quibus id comprobet, sua tantum ductum opinione videtur: atq; ob id facile pronunciasse, horum omnium codicibus (quod tamen absurdum esset credere) mendam subesse. Quamobrem in hoc potius Cornarium hallucinatum, quam libros depravatos esse crediderim. Quinimo virum alioquin doctissimum admittor, quod rem per se claram obscuram reddere conatus sit, quodq; non intellexerit, quid Plinio, & Palladio duracina, quid Paulo *δορακία*, quidve Aetio, & Constantino, ac aliis quibusdam Gracis *δορακία* extiterint. Nam si animadvertisset, hæc inter se & nominibus, & re ipsa differre, facilius, meo quidem iudicio, rem dubiam explicasset, nec omnes in universum auctorum codices depravatos pronuntiasset: cum, ut equidem arbitror, eorum nullus huius in locis sit vitiat. Paulo enim *δορακία* ut vulgata habet lectio, non *δορακία* Cornarii modo, legendum semper existimavi, quod ipse eo loco de præcocibus, & armeniis tantum malis differat, non autem simpliciter de persicis. Siquidem, ut Cornarius ipse fatetur, Rhodacene non est alia, quam malus persica, quemadmodum Rhodacena nil aliud sunt, quam mala ipsa Latinis persica vocata: id quod & nos sine ulla controversia probamus. Sed Paulo *δορακία* (ut diximus) genus est præcocus, sive armeniaci mali, ut ipse declarat sui verbus. τὰ δὲ ἀγανότατα τε καὶ *δορακία*, καὶ ἀγανότατα ὑπερβολὰ τῶν ἀγανότατων, ἢ τε γὰρ ἀγανότατα, ἢ τε ἀγανότατα ἀναβλεπόμενα, id est: Præcocia, doracia, & armenia persici præstant: neq; enim acescunt, neq; similiter corrumpuntur. Quibus palam est in Paulo potius *δορακία* quam *δορακία* esse legendam, quod tantum persica malus Gracis *δορακία* vocetur, non

Doracia
Pauli.

Doracia
Pauli.

Rhoda-
cena sunt
perfica.

Perficorum vis
ex Gal.
Plinii la-
pſus.
Perficel
arboris,
& perfi-
corum
facultas.

autem armenica, doracia. & praeox: quarum fructus, tamen si a quibusdam inter persica numerentur, quod forma tantum
iis similes videantur, non tamen vera sunt simpliciter persica, quae proprie Graeci nonnullis *podanoxa* quādam in universum
vocantur, ut ipse etiam Cornarius testatur. Quippe nungaretur inepte Paulus, si vellet, quod rhodacena persicis praestarent,
cum nil aliud sint rhodacena, quam persica. His itaq; rationibus liceat nobis dicere, *Podanoxa* Paulo nec *iodanoxa*, nec du-
racina designare, sed praecoxis sive armeniaca mali genus sibi peculiare. Sed jam ad Plinium venio, cui duracina persica per-
ficorum species sunt, quibus palma inter omnes, non autem genus, quemadmodum & duracina cerasa, & uva etiam du-
racina inter varias cerasorum & uvarum species eodem Plinio & Palladio describuntur. Quod maxime arguit aliud eisdem
designare duracina, aliud vero Graeci *iodanoxa*, quod verbum hoc universaliter de omni persico praediceretur, non autem
de aliqua particulari specie. Neq; ut ait Cornarius, vocat nostra etas quadam persica mala duracina, quod esse ceteris
duriora sint, sed antiquos secuta quod a pulpa consistentia gustu gratiora sese offerant, & longiori tempore perdurent. Quod
quidem palam facit Plinius lib. 14. cap. 3. cum ait. Duracina uva sine ullis vasibus in vite servabilis est: tanta est contra frigo-
ra, aestus, tempestatesq; firmitas: hanc & Columella praeulat in cibis. Postremo quod rhodacene arbor, persicam arborem
in universum significet, cum Cornarius ipse id firmiter asserat, opus sane non esset hoc pluribus comprobare: sed ne fortassis
putaret sibi ipsi non esse adhibendam fidem, Aetium consulat, Constantinum Caesarem, & Simeonem Serbi inter recentio-
res Graecos. Si quidem ii pluribus in locis manifeste demonstrant, nil aliud per Rhodacenam se intellexisse, quam veram, le-
gitimamq; persici plantam. Persicorum omne genus damnavit Galenus lib. 2. de alimentorum facultatibus, ut pravi suc-
ci, & quae facile corrumpantur, ac noxam ventriculo inferant: quapropter Persica primis semper edenda praecipit.
Quare ego certe nescio, ex quorum scriptis deprompserit Plinius, quod innocua expectantur agris, nisi fortasse & ipse pro
persico perseum deceptus acceperit, quemadmodum fecere recentiorum nonnulli. Persici flores recentes seu alvum deiciunt,
itemq; vomitiones eient. Hydropicorum aquam pellunt, si recentes in acetariis edantur, sed non absq; agratantium labo-
re. Arboris lachryma datur ex aqua plantaginis, aut portulacae succo utiliter ad cruentas rejectiones: tussientibus vero &
anhelosis, ex mulla, aut Tusilaginis, decocta, addito croci momento: facit ad rauedines, & aspera arteria impedimenta.
Datur calculosis cum succo raphani, aut limonum, aut ex vino duarum drach. pondere: confusa folia recentia illinuntur
utiliter ventri ex aceto ad interaneorum vermes: eorundem succus purulentis, vermiculosisq; auribus utiliter instillatur.
Nuclei tormina ventris tollunt, si devorentur: quinetiam potantes inebriari prohibent, si seni septemnive prae-sumantur.
Tunduntur iidem & decoquuntur in aceto, quousq; liqueant, pulicula modo, ad alopeciam, namq; illi mirum in
modum capillos replicant. Contusorum cremor ex aqua Verbenacae illinitur utiliter fronti, ac temporibus, in capitis dolore.
Idem praestat oleum ex iis expressum, convenit enim peculiariter hemicrania, & somnum conciliat, id quod & cremor
facit: instillatur oleum cum utilitate ad aurium dolores. Idem tam potum, quam clysteribus infusum, coli dolores a flatu
genitos, ac etiam a facibus exiccat, perbellè mulcet: datur pariter potandum iliaceis, ac calculosis, quatuor unciarum
pondere. At qui maxime calculosis auxiliantur hoc modo: Sumito nucleorum osium persicorum quinquaginta, nucleorum
osium cerasorum centum, florum sambuci manipulum, vini Cretici odorati libras tres: excipiantur haec omnia fictili
novo, & sepeliantur in fimo, diebus decem: deinde destillantur vitreis organis. Aqua quae inde fluxerit, pota ante cibum,
quatuor unciarum pondere, mirum in modum renum calculos pellit. Non desuerunt, ut Marcellus Florentinus,
& Symphorianus Campegius in historialibus Galeni campis, qui existimaverint eandem plantam esse persicam
& perseam, de qua agit Dioscorides in hujusce primi volucinis calce. Quae (ut tradunt) ea profecto est, quae in Per-
siae exi-

Aqua stil-
latitia ad
calculo-
fos.
Marcelli,
& Sym-
phoriani
errorPer-
ficam &
Perficam
idem cē-
sentium,

IV. ARMENIACA
malus.ARMENIACA MI-
nor.Armeni-
acorum
confid.Oleum
nucleorum
Armeni-
acorum.Medica
mala.Theodo-
ri lapsus.

sive exitiosa nascitur, et si translata in Aegyptum celi illius clementia mortiferam in salutarem vertit naturam, adeo ut in cibos recepta, tam sanis, quam morbosis prorsus habeatur innocua. Huius historiam latius prosequitur Theophrastus lib. 1111. de plantarum historia (ut infra suo loco dicemus) quam si quis perlegerit, hanc a nostris persicis plurimum disidere comperiet. Manifesto etiam argumentum sunt Dioscorides, & Galenus quod haec plantae inter se differant: quandoquidem ii de his ut forma, & genere differentibus seorsum suis scriptis tradiderunt. Armeniaca praeterea quae Latini, ut in Dioscoride legitur, praecox nominant, & Graeci bericocia pronuntiant, nos in Hetruria Gracos imitati vulgo Racoche, & Nomiache corruptis vocabulis appellamus, ac si diceremus Bericocia, & Armeniaca. Plura eorum visuntur genera magnitudine potius quam genere differentia: quod evenit non modo celi clementia, & terrae admodum frugiferae dotibus, sed & cultorum mangonio: namque ex multiplicata insitione maxime proficiunt. Porro omnia, ubi maturitatem senserint, aureo colore splendent: idcirco Romanis vulgo Grisomele, quasi chrysomela dicuntur, eaque praecipue, quae eo tractu cum persicis magnitudine certant. Maturescunt incunte aestate mense Junio ante alios fugaces fructus, unde merito Praecoxia dicta. Ea parum genere, & natura dotibus a persicis disidere, testis est Galenus libro secundo de alimentorum facultatibus: sed non item in ventriculo, ut illa, tam cito corrumpi: quanquam recentiores Medici ea longe magis, quam persica, corruptioni obnoxia experientia contendunt. Haec Arbor raro procera admodum visitur: folia fert nigra Populi amula, Pyri haud absimilia, subrotunda, in summitate acuminata, & per ambitum serrata, quaternis, quinave simul emergentia. Flores proferit albos Cerasi figura, e quibus fructus prodeunt persicorum forma, ac fere magnitudine, sed aureo colore, saepe cum purpura misto. Plura eorum habentur genera, cum sapore, tum magnitudine differentia, quod non modo celi, solisque clementia evenire crediderim, sed etiam cultorum mangonio: namque multiplicata insitione maxime proficiunt, & augefcunt. Omnia intra se concludunt, utraq; parte turgens, in quo nucleus concluditur eadem figura qui in quibusdam amarus reperitur, ut in Persico, in aliis vero dulcis, ut in amygdala. Habentur in hortis, vineis & viridariis. Oleum e nucleus expressum, mirifice valet in unctum ad inflammatas haemorrhoidas: valet quoque ad ulcerum tumores, ac lingua impedimenta. & pariter ad aurium dolores. Idem potius unciarum quing. pondere, cum vini Cretici uncia, calculos pellit, & colicorum juvat. Armeniaca minor arbor est, mali proceritate, foliis albae populi, floribus cerasi admodum similibus, ac pariter racematim prodeuntibus. Fructus edit mali Persici effigie minores tamen, colore aureo subbrutillanti, & odore jucundo. Non differunt suis in facultatibus a maioribus: verumtamen austeriori sunt sapore. Insuper MEDICA MALA, ut ex nomine cognosci potest, ex Media primum aduecta sunt. Haec Latini Citria, vel Citromala vocantur. Eorum arbor quae perpetuo pomifera est, aut antiorum ac limoniorum plantas magnitudine aequat. Folia, quae perpetuo ei virefcunt, aurantiis parum, vel nihil refragantur, foraminibus visum fere effugientibus ubiq; veluti acutenuissima punctum trajecta. Quamobrem nesciverim ego qua ratione Theophrastus (ut Theodorus interpretatur) eis folia assignaverit portulacae, quae illi nullis notis consentiunt. Quo fit, ut admirari non liceat, si recentiorum plerique existimaverint Theophrasti codicem hoc in loco scateere mendis, & quod ubi legitur ἀραχνίς hoc id est portulacae, legi potius debeat ἀράχνης id est, araneorum tela. Quandoquidem is fortasse videbatur quod, cum mali Medica folia sint ubiq; minutis admodum punctis perforata, ita ut linteoli spissioris modo sint transparen-
rentia,

V. MEDICA MALUS.

rentia, facile telis araneis comparari possent. In quorum sententia ego quoque perstiti, quousque Plinius inde me revocavit. Quippe cum accuratius Plinium perlegissem, comperi Theodorum, alioquin virum & Gracum natione, & Latina lingua peritissimum, male Theophrastum hoc in loco fuisse interpretatum, & vocabuli significatum minus recte accepisse: siquidem, ut apertissime declarat Plinius lib. 13. capite 22. Adrachne arbor est arbuto admodum similis. Inquit enim, Adrachnem omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba, & andrachne vocetur, unius literæ diversitate. Ceterum andrachne est sylvestris arbor, neque in planis nascens, similis unedoni, folio tantum minore, & nunquam decedente. Hinc ergo facile colligi potest, huic plantæ, quæ arbuti frondibus perpetuo virebit laurinis similibus, Medica mali folia comparasse Theophrastum. Citrea arbor (ut diximus) Aurantii folio perpetuo virebit: ramos habet flexiles, viridi libro vestitos, atque spinosos. Flores edit subpurpureos, solidos, calathis effigie capillamentis, quibusdam è medio emergentibus, omnibus hortis pomifera est: alia namque, matura cadunt, alia maturescunt, alia verò subnascuntur. In pomis non parva spectatur diversitas, tum magnitudinis, tum saporis. Quandoquidem nonnulla intantam excrescunt molem, ut melopepones magnitudine æquent, cujusmodi sunt, quæ ex Liguria & Hadriatici, Aegæique pelagi insulis afferuntur: alia his paulo minora, alia verò limonum magnitudine, aut paulo majora, cujusmodi sunt, quæ à Lacu Benaco comportantur: hæc principem in cibis obtinent locum. Nam etsi cæteris pumiliora sint, majorem tamen reliquis ab ore ineunt gratiam. Atqui quæ grandiora sunt, etsi speciosa magnitudine excellant, cum tamen insipido gustu non multum placeant, in cibis recentia non aquè ac illa præstant: verum quod pulpa copiosiore constent, officinis expetuntur, saccharo vel melle asservanda. Color omnibus aureus, facies ob-

Adrachne Plinii.

Malorū diversitas.

Palladius mala Citria propagavit in Italia. Citriorū mira factas ad- versus venena.

Citriorū vires Matthiolo.

Citrii mali vires ex Gal.



longa, ut limonum, sed densiore cortice pulpa: cortex illis rugosus, flavus, odore præstans perquam grato. Acidam concludunt medullam, succo plenam, in qua semen latitat hordei figura, grandius tamen, & duro obductum cortice, amaro sapore. Maturescunt integro anno, decerpunturque, cum aureo colore fulvescunt: namque, matura cadunt: alia maturescunt, alia verò subnascuntur. Hæc Plinii ævo non erant in Italia, ut ipse testatur lib. 12. c. 3. ubi inquit, sapius tentasse gentes, plantas è Media transferre ad se, quæ tamen ibi diu vivere nequiverunt, licet magna cultorum solertia fuerint enutritæ. Nunc verò contra translatitæ factæ sunt, atque cum Italo solo tantam iniere gratiam, ut non modo in maritimis, sed in mediterraneis quidem tam hortis, tum viridariis, tum etiam nobilium lacuum ripis frequentissima feliciter germinant, postquam cultu, & diligentia Palladii (is enim proditur primus artem adinvenisse) factum est, ut ex Media in Italiam translata profuerint, ac propagaverint. Theophrasti ætate Citria mala nondum in ciborum usum venerant, eorum testimonio, quæ ipse libro 4. de plantarum historia memoria prodidit, sed tantum odoris gratia vestibus inferebantur. Quin & eorum usus erat antidoti loco contra venena, ad quæ demolienda semen præcipue efficacissimum habent. Refert Athenæus, quod cum princeps quidam Aegyptius maleficos quosdam damnaisset nebulones, quod suorum facinorum luerent poenas, aspidibus secundum Aegyptias leges in prædam exponendos, ii Citrium in itinere, dum ad bestiarum pabulum ducerentur, comederunt quod caupona quadam vicem eorum dolens atque miseriam, illis dederat: mox cum in theatrum descendissent, & ab immanibus, ferocissimisque, feris demorsi essent, nihil sane molestia senserunt. Quæ de re præfectus non parvam caput admirationem, & à militibus diligenter inquirens, an antidotum aliquod præsumpissent, certior factus est citrium tantum ex integra simplicitate, donatam, eos comedis. Postridie verò iussit uni præberi, alteri denegari, & denuo in theatrum trudi ad supplicium. Quo facto qui comederat, demorsus nihil incommodi passus est, alter verò à fera ictus undique lividus factus, confestim interit. Narrat præterea Theopompus Chius duodequadragesimo suarum historiarum volu. Clearchum Heracleotam Pontii tyrannum multis veneno necasse: sed ille, inquit, plures adhuc interfecisset, si populum præstantissima citrii vis latuisset. Servantur citria mala diutius incorrupta, si hordei, vel milii acervis obruantur. Sed habita medicina ratione, jam de eorum viribus plenius differendum est. Citria itaque, venenis adversantur, eorumque maxime semen. Citrii decoctum collutione oris halitum commendat, suavitatemque accersit. Ipsa autem integra vestiarii condita, vestes non modo gratissimo odore perfundunt, sed eas etiam à tineis, & blattis vindicant. Idem potum venenis adversatur, & succurrit pestilentialibus febribus affectis. Cortex saccharo aut melle conditus, ventriculum & cor corroborat. Si cruda tamen manduntur, non facile coctioni obediunt, quin & crassum generant succum: ob hoc vesci iis melle, aut saccharo conditis satius est, quod ventriculum commodè calefaciant, ac roborent: quamvis hæc nostra ætas gula nimium indulgens, in cibis citria cruda præferat cum assatis carnibus esitata. Citria adversus atram bilem, & morbos mæstos, quos illa excitat, opitulantur: Semen privatim scorpionum ictibus & potum, & appositum mirifice medetur. Acidus eorum succus flavam reprimat bilem, arcetque pestis contagia, & sitim sedat. Proinde recentiores medici ad febres pestilentes serapii ex eo confectis feliciter utuntur: Succus gravidarum malacia succurrit. Citrii mali meminit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum sic inquit: Mali medica fructus non amplius malum medicum, sed ab omnibus Citrium nuncupari adsolet. In semine quidem vincentem habet qualitatem acidam, & siccam, ut ipsum tertii sit ordinis resiccantium, refrigerantiumque. In cortice verò itidem desiccantem temperiem est sortitus, non parum tamen habentem acrimonia: proinde desiccet hic secundo excessu, non tamen frigidus est, sed aut temperatus, aut paulo infra. Porro caro ejus pariter crassi succi est, & pituitosa frigidaque: nam & ipsa editur, sicut & cortex. Semen omne edi ineptum est, tum humidum illud, & acidum, de quo primum differui: tum nucleum,

qui in illo invenitur, id quod revera semen est. Hic amarus est, & digerendi videlicet, siccandi, facultatem obtinens, secundo quodammodo ordine à temperatis recedens. Folia verò denig, exiccandi, ac digerendi vim obtinent: hæc enim Galenus. Ubi animadvertendum est, quod cum initio capitis inquit: in semine quidem vincentem habet qualitatem acidam, & siccam, ut ipsum tertiū sit ordinis resiccantium, ac refrigerantium, Gal. non de nucleis intellexit, neq, de vero eorum semine, sed tantum de acido Citri succo, in cuius medio ubiq, includitur semen. Eam autem fuisse in hoc Galeni sententiam, ejus verba in calce serè capitis ostendunt, quæ ita sonant: Semen omne esui ineptum est, tum humidum illud, & acidum, de quo primum disserui: tum nucleus, qui in illo invenitur, id quod revera semen est. Hic amarus est & discutit, hoc est calfacit, & exicat secundo recessu. Quam rem malè, meo quidem iudicio, assecutus Avicenna, utpote qui non rectè distinxerit, neq, hac in re planè Galeni sententiam acceperit, libro suorum canonum secundo, semini Citri secundam calidorum, & siccorum sedem assignavit: tractatu verò, quem cordis viribus dicavit, eidem tertiam frigidorum, & siccorū classē adscripsit, nullum quidem verbum faciens de acido Citri succo, quem à Galeno sub seminis nomine comprehensum fuisse demonstravimus. Non longè natura, & viribus à citris distat mala LIMONIA & AURANTIA dicta, & illa quæ ADAMI POMÀ vulgò vocantur, nos verò Lomie dicimus: tamen si Limonia magis cūm facietum facultate Citria referant. LIMONIA

Avicenna
notatur.

Limonia.

VI. LIMONIA MALA.



VII. AURANTIA MALA.



monum planta perpetua fronde viret, quemadmodum & Citrus foliis etiam similibus: sed paulo angustioribus. Flores fert albos, & odoratos: a quibus poma oriuntur citri faciem referentia. Sunt tamen Citrii minora oblonga, cute non adeo crassa, & magis succo pregnantia, qui gustu acidior percipitur, semine serè simili, & colore pallida. Eadem omnibus serè gentibus nota sunt magis quam describi debeant. Sunt majora & minora: quæ etiam succi bonitate differunt, & corticis crassitudine. Nam quæ grandiora sunt, & succo, & cortice, carnèq, longè sunt præstantiora. Seruntur tanquàm peregrina in hortis & viridariis: & quanquam mangonio cultorū in frigidis regionibus vivant, quod hyeme in concameratis cellariis recondantur, earum tamen proventus, non est nisi in locis calidis, & præsertim maritimis, & circa lacus amantissimos. Ideoq, in Apulia, Calabria, & aliis regni Neapolitani regionibus copiosa Limonia proveniunt. Iisdem qualitatibus prædita sunt, quibus & Citria mala. AURANTIA verò poma rotundiora, & per maturitatem aureo prorsus colore nitentia, odorataq, cortice limonibus crassiore, amarioreq, Internus succus, quo maximè sunt referta, in quo semen citri simile, non in omnibus eodem percipitur sapore. Nam in hoc genere acidus, in illo dulcis, in altero vinosus habetur. Horum arbores citro similes, quemadmodum, & Citreæ mali coma perpetua virent, foliis Lauro latifolia proximis, crassius levibus, ac suaviter odoratis, & in acutum desinentibus. Rami pariter illis sunt flexiles lentive, topiariis operibus haud inidonei, aculeis firmis acutisq, referti: cortice ex viridi subalbicante. Flores albi, odore perquam præstanti Seritur in viridariis & hortis, maritimis præsertim tractibus. Abundant in Campania, Apulia, Calabria, & aliis regni Neapolitani regiones, quin etiam Liguria & Benaci lacus viridaria: decerpuntur flores, ubi copiosi proveniunt, ab Unguentariis ad varia odoramenta paranda. Peculiariter autem distillatur ex in aqua, quæ non solum odoris præstantia ceteras præcellit, sed ad medicamenta etiam optimè facit, & præsertim ad pestilentes febres, quæ cum exanthematibus in cute eveniunt. Datur enim potanda sex unciarum pondere magno sanè auxilio, ubi per sudorem à centro ad circumferentias insectos humores trahere sit opus. Siquidem hæc aqua valenter sudorem provocat, & cordi plurimū succurrit, id corroborat, & spiritum vivificat. Cortex Saccharo conditus

Auran-
tia.

Aque
florum
aurantio-
rum mira
facultas.

ventricu-

VIII. POMA ADAMI.



ventriculum roborat, & status pellit. Omnium succus sitim
extinguit & febrientibus juvat, prater dulcium Aurantium:
nam is febrientibus non adeo salubris est, nec sitim sedat. Ar-
bor hac semper pomifera est, & eadem ferè, qua citria prastat.
Aurantia calidior sunt cortice, quandoquidem is reliquis a-
crior, atq; amarior gustu deprehenditur. Refrigerant & exic-
cant, quæ scilicet acida & vinosa sunt. Dulcia omnibus parti-
bus exalfaciunt, cæterorum verò succus refrigerat, & putredi-
ni adversatur. Quocirca febricitantibus belle conveniunt, dul-
cia verò contrà. Fit è Limoniorum succo, sicut & citriorum,
serapium ad reslinguendum bilis fervorem non inutile: sed
quoq; ad sitim extinguentiam: item & ad pestilentes febres,
& eas, quæ contagione non vacant. Aqua, quæ è Limoniorum
succo calentis aqua balneo, & vitreis organis extrahitur, præ-
terquam quod mulieribus expetitur pro succo ad faciem expo-
liendam, vitilignes ubicunq; sint, & totius corporis cutisq;
maculas emendat, varos delet, & acaros interimit. Serapii ad-
mixta febribus acutis, & contagiosis mirè succurrit. Epota ven-
tris tinea enecat: id quod etiam prastat succus recenter expres-
sus, uncia pondere potus: idem ex immaturo pomo expressus
sesquialtera pondere, ex vino cretico potus mirificè calculos re-
num pellit. Ceterum non parum laboris impendisse videtur
Brassavolus in præfatione sui de simplicium examine libri, ut
doceret, unde emanaverit Aurantium vocabulum. Sed licet i-
bi plura de ejus origine referat, ea tamen, meo quidem judicio,
non multum nomini quadrant: quandoquidem ego potius ex-
istimaverim, vulgo Arantia, quasi Aurantia, altera expuncta
litera, dicta fuisse. Nam cum hæc poma auri colore reluceant,
ab auro merito nomen accepisse videntur: unde, quantum e-
quidem reor, Aurantia, hoc est, aurea mala dicta fuere. Cete-
rum non longe natura, & viribus à Limonibus distat, quæ A-
DAMI poma vulgus vocat. Siquidem planta, quæ hac profert,

Aqua stil-
latia è
limonio-
rum suc-
co & ejus
vires.

Brassavo-
lus de A-
rantiorum
nomine.

Adami
pomorum
historia.

folio est Limonii arboris majore, patentiorq; ramis etiam similibus, floribus Citrei mali amulis, fructu Aurantis duplo
triplove majori rotundior, cortice non admodum crasso, pallido, crispo, & inæquali, fissuris quibusdam apparentibus, pe-
rinde ac si dentibus demorsus esset, unde illi nomen, quod puter ignarum vulgus hoc illud esse pomum, quod ab Adamo in
Paradyso delictarum demorsum fuit: sed hæc fabulæ sunt. Succosa ac acida mader pulpa, sapore limonibus haud longè absi-
mili, sed non ita palato grata, in aqua semina latitant Citrei aut Limonii mali similia. Hæc poma quidam putant Limonia
esse feminini generis Seruntur cum Citriis, limoniis aurantiisq; & iisdem, ut illa proveniunt locis. Refrigerant, exiccant,
& adstringunt. Prastat pomorum succus ad ea omnia, ad quæ limonia præstare diximus, minore tamen efficacia. Peculia-
riter autem valent poma ad scabiem, si per medium secta, & tenuissimo sulphuris pulvere aspersa, & deinde cinere serven-
ti calefacta corpori scabioso confricentur. Reliquum est, ut singulis malis sua reddamus nomina. Mala ita Latinis dicta, Gra-
cis µᾶρα vocantur: Arabibus Tusa, seu Tusha: Italis Mele seu Ponzi: Germanis, Depffel: Hispanis, Mansanas: Gallis, po-
mes. Ea verò, quæ Græci νωδία µᾶρα Latine Coronea, & Cydonia mala dicuntur: Arabicè Saffargell: Italicè, Mele co-
togne: Germanicè, Quitten oder Ritten: Hispanicè, Membriños, & Marmellos: Gallicè, Conting, Pomes de coing. Quæ
autem Græcum nomen habent µελιόµηλα, ἢ γλυκύµηλα eorum Latinum est, Mellita, vel Dulcia mala: Arabicum, Melo-
mella, & Galopomella: Italicum, Mele dolci. Mala quæ πικρία µᾶρα, ἢ πικριόµηλα Græco nomine, Latino Persica ma-
la appellantur: Arabico, Sauch, seu Chauch: Italicè Pesche & Persiche: Germanico, Pfersich: Hispanico, Pexegos: Gallico,
Pesches. Polonis, Broskuini. Μᾶρα ἀρµενιακά, ἢ ἀρµενίανικα, ἢ ἀρµενίανικα quæ Græci, Latini, Armeniaca mala, & Præco-
cia nominant: Mauritanis, Mermex, seu Mirmix, Mex, Mesmes, sive Mismis: Italis Armonache, Bacoche, Moniache &
Grisomele: Germanis, Johan. Pfersich: Hispanis, Albaricoques, Albarchigas, & Alvaricoques: Gal. Abricot, Carmaignoles
& Chicandeliz. At Armenia minoræ, Græcis Μᾶρα ἀρµενιακά µικρὰ: Italis, præsertimq; Hezruscu, Armonache, Bacoche &
Moniache minor: Insulribus autem & Venetis, Armellini. Mala deniq; νωδία µᾶρα, ἢ νωδίοµηλα à Græcis vocata, Latinis
similiter Medica mala, aut Citromala, & Citria dicuntur: Italis, Cedri & Citroni: Germ. Citrin Depffel/Juden Depffel/
& Citronaten: Hispanis, Cidras: Gallis Citron: Bohemis Citrynotuy. Mala Limonia Italis, Limoni: Gallis Limons. At Au-
rantia mala, Italis, Aranci: Germanis, Pomerang, Gal. Pome d Orenge. Poma Adami, Italis Lomie & Pomi d Adamo.

Pomorum
Adami
vires.

Nomina.

I. Mala propriè dicuntur, quæ brevi pediculo annectuntur: ab aliis poma, quamvis hoc commune sit
nomen ferè omnibus fructibus perspicuæ magnitudinis. Differentiæ plurimæ ratione saporis acidi, a-
quosi, austeri, dulcis: coloris, magnitudinis, figuræ: duæ figuræ adpositæ, magnorum rotundorum & ob-
longorum: plures differentiæ veteribus indictas, qui cognoscere cupit, Cordum in sua historia, qui ultra
triginta species habet, & Tabernæmontanum consulat. II. Ast Cydonia, Coronea etiam dicuntur, quo
nomine primus Cato dona vit à Sidonte Corinthi vico: quibusdam, quod mala ejus cotone seu lana qua-
dam tegi videantur: fortè ex Plinio χρυσόµηλα ab externo aureo colore. Apud Plutarchum 5. Symposia-
con, Tryphon medicus, apud Homerum δγλαίκερον dictum putat. Genera explicavit Athenæus 3. Di-
pnosoph. Columella lib. 5. c. 10. tria refert, Struthia, Chrysomeliana, & Mustea: icones binæ, altera Coto-
neæ malus, altera Coroneæ pyri, quæ Cydonia milviana etiam dicuntur quibusdam. III. PERSICA quæ
πικρία µᾶρα Simeoni Sethi de alimentis. Differentiæ plures à nobis observatæ, quod alia sint præcocia, alia
ferotina: præcocia dicuntur persica S. Johannis, quod circa illud tempus maturefcent, parva instar Arme-
niacorum

Persica:

niacorum, ejusq; ferè saporis. At ex Armeniacorum genere non esse, nucleus ostendit, qui ut persicorum striatus est. Serotina majora, alia minora: majora vel flava, quæ à Cotoneis cognominata, vel alba, vel viridia, vel buxæ: minora, vel rubra, quæ sanguinea dicuntur, vel flava. Ratione saporis, dulcia, acida, vinosa, amariuscula, austera. Ratione ossium, quorundam ossa à carne separari non possunt, quæ duracina dicuntur, non quòd servari diutius possint, sed ob carnis substantiam durior, quæ modò candida, modò lutea, nunc ex albo subrubea: in quibusdam nuclei disrupti observantur. Sic & figura differunt, quædam orbiculata, quædam in rotunditate oblonga, quædam cotoneis similia & colore & odore, quæ primas tenent: quædã à nucis similitudine. Nuciperfica: alia quæ mangonio facta perfica amygdala vocantur, ob nucleum amygdalorum modo dulcem. Sic deniq; ex his quædam lanuginosa, alia glabra, lævia, exterius & interius virentia. IV. ARMENTACA malus ex genere persicorum Galeno, quare præcocia, inter perfica recensuit Plinius: hæc differunt sapore & magnitudine, sunt etiam parva, prunis vulgaribus non majora, alia ut mediocria perfica, alia majora infitione, alias exigua: sunt & candicantia nucleo dulci. Dicuntur præcocia & perfica minora, Brunf. Perfici quartum genus, Lon. Malum armeniacum vel præcoquum, Gef. hort. malus Armeniaca, Cord. in Diosc. Lob. Dod. gal. & fol. Lac. Lug. Cast. Armeniaca, Tab. Cæsalpino. V. CITRIA. Limonia, Arantia, tria hæc malorum genera in officinis usitata, ad unum genus pertinent. Citria Theophrasto *μῆλον ἡσπερικόν ἢ χρυσομήλον* à regione: Malum Hespericum & Chrysomela Athenæo lib. 3. *κίτρον* Galeno Medica malus: quibusdam Alsytia: adnumerat Barbarus in suo Corollario, Nuptialia prægrandia & melonum orbiculata facie. Varietas enim est pomorum tam in magnitudine quam sapore: quædam in molem decem librarum pondo excreverunt: quæ Gallis pomcires, quasi poma citria, vocantur: alia his minora: alia Limonũ magnitudine aut paulò majora: sapore vehementiore & remissiore: item dilutius saturatiusq; colore. De his vide Theophrastum 4. hist. 4. 1. de caus. plant. 22. Plinium lib. 12. cap. 3. Solinum cap. 49. Macrobius 3. Satur. 19. Palladium in Martio. Recentiorib. dicitur Malus citria, medica, citrium. VI. Limonia mala ex citri genere sunt, sed minora, cute minus crassa, succo acidior. Plures differentiæ: alia oblongiora asperiora, cortice crassiore, succo dulciore, quæ maximè probantur: alia læviora, cortice tenuiore, succo acidior: sunt in Hispania, vix nucis amplitudine, odore cæteris præstantior, arbore excelssiore, sic & pusilli dulcissimi in Zeilan habentur, Scaligero attestante: & in Syria in sylvestribus frequentia exigua & acidissima. Recentiorib. Limonia, Limones. VII. Aurantia mala fortè ab Arantio Achajæ oppido, vel Arania à gente ejus nominis in Persia: aliis à corticis colore luteo, quare Aurea Virgilio: an Cestianum malum Galeni 2. de compos. secundum loca. 1. fortè Martianum malum apud Suetonium in Domitiano. Sunt qui Citrangulum Avicennæ & Mesuei statuunt. Censentur infitione ad nos devenisse: Si enim Arantius Citro inferatur, Arantius vix cubiti altitudinem excedet: at si contra Citrus in Arantio, ad magnam proceritatem pervenit. Variant sapore succi, acido, dulci, medio seu vinoso. Dulcia superficie magis sunt glabra, lævia, mollia: acetosa duriora ac asperiora. Cutis colore magis viridi, magis flavescere, quæ citreolus, magis croceo, quæ Citrangula dicuntur: reperiuntur etiã sine semine, & alia in pomo duo genera acinorum habent: nostris amarus est cortex: meminit Scaliger in Zeilan haberi cortice dulci & suavi. Variat & cortice modo rugoso magis minusve, aliquando extuberat forma

P Y R A.

Poma Adami.



Pyrorum confideratio, & genera.

PYRA. CAP. CXXXII.

Pyrorum multa genera. Quæ tamén omnia adstringunt: proinde adduntur convenienter in repellentia cataplasmata. Decoctum è ficcis, & cruda ipsa alvum sistunt: jejunos esitata lædunt. Achra pyrastrigenus est, quod tardissimè maturescit. Vim pyro adstringentiorē habet, & ad eadem convenit: stringunt etiam ejus folia. Ligni pyrorum cinis efficaciter his auxiliatur, quos fungi strangulant. Ajunt fungos, si sylvestria pyra cum eis coquantur, innoxios fieri.

Quoniam Pyra vulgarissima sunt non modò in Italia, sed ubiq; in tota Europa: quæ proveniunt ubiq; in collibus, agris, vineis, hortis, & viridariis, sylvestria vero loci inculti & in sylvis. Varia est quoq; Pyrorum facies: quod è omnibus notum sit, quemadmodum & planta: ideo supervacaneum duxi eorum arbores per historiam explicare. Multa ac varia apud nos Pyrorum numerantur genera, quemadmodum & apud antiquos, odore, sapore, colore, forma ac proventu differunt. Quin etiam & sylvestria quoq; copiosa visuntur. Antiqui, ut Plinius refert libro & capite decimo quinto celebra-

celebrare superba, falerna, decumiana, dolobelliana, pompeiana, licheriana, severiana, tyranniana, favoniana, lateriana, anitiana, tiberiana, signina, purpurea, sementina, laurea, amphorina, coriolana, cucurbitana, & alia, quorum enumeratio longa foret. Quas sanè varias appellationes mutuari sunt, vel ab hominibus, qui primum ea in ciborum usum revocarunt: vel à locis, unde venerant: aut à notis, quas aliquibus fructibus acceptas referebant: aut à colore proprio: aut à tempore, in quo ab arboribus decerpebantur. In hoc itaq; nostri quoq; Herules antiquorum consuetudinem secuti, variis nominibus à diversis inditis causis sua Pyra vulgò appellant, moschatelle, giugnole, ciampoline, rogre, ghiacciuole, spinose, quadrane, carouelle, papali, san Nicolo, davelle, Zuccaie, campane, vernareccie, gentili, porcine, sementine, & plura alia habent alià nomenclaturis appellata. Ceterum si quis vellet in nostratibus, veterum Pyra collatione assequi, operis pretium esset, ut unumquodq; eorum genus peculiarem perspicuamq; habuisset descriptionem: quandoquidem fieri non potest, ut hæc sola nomenclatura innorescant. Porro in universum de eorum viribus differentes, dicamus, sicuti etiam de malis diximus. Quod pyrorum facultates ex saporibus gustu dignoscuntur: cum dulcia natura dissent ab acerbis, acidis, austers, & ab his, Pyrorum qua unum, vel plures præferunt saporibus: & contra, hæc deinceps ab illis sint diversa. Pyra (ut scriptum reliquit Galeus lib. 5. simplicium medicamentorum) esu stomacho grata sunt, quin & vim habent exiccandi. At qui sylvestribus magis adstringendi facultas inest: ob id etiam magis præstant contra fluxiones. Et lib. 2. de alimentorum facultatibus ita scribit: Quæ de malis diximus, si omnia ad pyra, & punica transferantur, nihil novo alio super his sermone opus erit. Nam in his quoq; alia austera tantum, vel acerbiora apparent, veluti quadam acida, quadam dulcia, quadam denig, ex horum mixture composita sunt, quæ nullam penitus huiusmodi qualitatē exuperantem habent: quæ sit, ut cum aquea sint, ac hebetia nulla roborandi vi polleant. Talis igitur omnino pyrorum usus, qualis malorum. At pyris præsertimq; grandibus, quæ apud nos menata vocantur, aliqua alendi facultas donata est. Proinde ea secta in tenues orbiculos, siccatq; reponunt, quibus coctis per hyemem, & ver, cum fames est, ciborum parum nutrientium vice vescuntur. Pyris fructus, qui Græcis, Latinis Pyra dicuntur: Arabibus, Humechte, Cirmetre, seu Kemetry: Italis, Pere: Germanis, Byren: Hispanis, Peras: Gallis, Poires: Bohemis Hrafsk y.

Pyrorum
facultas,
Pyrorum
vires ex
Gal.

Nomina

Pyra dicuntur, quæ longo pediculo pendent, & quidem à fructus figura pyramidem referente: differentia plurimæ ratione magnitudinis, figuræ, saporis, odoris, coloris, temporis, ita ut Cordus in sua historia quinquaginta genera recensuerit. Sic genus quoddam est quod comestum ventrem subducit, qui eleganti rubore carnis placent: est & alterum genus è quorum medio corpore folium exoritur, quod Pyrophilla dicuntur: est & quoddam pomi folio.

30 MESPILUS. CAP. CXXXIII.

Mespilus, quæ à nonnullis aronia vocatur, spinosa arbor est, folio + pyracanthæ, sive oxyacanthæ. Fert pomum suave, exiguo malo non dissimile, tribus intus ossiculis: quæ ex causa id nonnulli trioccon appellare. Tarde maturefcit, esu adstringit: stomacho gratum est, alvumq; supprimit. Alterum mespili genus in Italia nascitur, quod aliqui fetanium, alij epimelida vocant: arbor foliis mali, sed minoribus: pomum fert rotundum, esui aptum, à umbilico latiore: quod adstringit, seroq; maturefcit.

à mespilid
i. fundu,
meum
habet.

I. MESPILUS PRIMA.



Mespilorum hic à Dioscoride duo recensentur genera: quorum illa, quæ foliis est pyracantha, sive oxyacantha nostratibus haudquaquam ad stipulari videtur. Quippe (ut sensu patet) nostrates Mespili foliis oblongis, cerasorum fere similibus vivent, non autem apii modo per ambitum incisis, veluti oxyacantha. Fructum ferunt non quidem gustatu suavem, sed potius inuicundum, quod acerbis sit, & austers. Quin & is quina includit ossicula, non sanè tera: ut primo Mespilorum generi assignat Dioscorides. Ceterum si fructum præfert Italia, qui priori Mespilo legitime adscribi possit, ejus nimirum arboris erit, quæ Neapoli, ubi copiosa feritur in hortis, viridariis, ac vineis, Azarolo vulgò nominatur. Hujus plures plantas vidi ego primum Neapoli in amplissimo viridario Pompeii Cardinalis à Columna, via, quæ itur ad poetæ Maronis sepulchrum, vel ut vulgò dicunt à Pedigrotta. Arbor est mediocris proceritatis, cortice, ac materia pruno (pyro) haud absimilis: spinis horrida, non tamen admodum acutis: foliis laciniatis, apii amulis aut oxyacantha, floribus albicantibus, racematim coherentibus. Fructus illi sunt sorborum crassitudine, oblongi, rubentes, vulgaribus mespilis æquales, sed arctiore umbilico, tribus tantum intus ossiculis. Maturefcunt autumno, Septembri tantum mense. Ex quo perspicitur, eos Dioscoridis codices hoc loco scaturire mendis, in quibus depravate legitur, hanc arborem foliis esse pyracantha, non autem, ut legitime legi debet, oxyacantha. Nam (ut superius suo loco explicavimus) oxyacantha foliis germinat dissectis: pyracantha verò buxi modo oblongis. Cujus rei illud manifesto est indicio, quod de hoc Mespilorum genere posteritatis memoria prodidit Theophrastus libro 3. capite 12. cum inquit: Magnitudine arbor ista excellit, gyroq; comatur. Folium magna ex parte infissum, quod vel apium parte postrema imi-

Mespilo-
rum con-
sideratio.

Azaroli
descript.

Dioscori-
dis locus
enuclea-
tur,
Mespilus
Theophr.

Mespilus
oxyacan-
tha in-
serta.

Mespila
Aronia.

Mespilus
al.era.

tatur, ampliore figura, quodq; promissum, nervosum, apio tenuius, oblongius, totumq; circumtusum est, & pediculo tenui, ac longo dependet: antequam decidat, vehementer rubet. Radice numerosa, alt. aq. arbor cohaeret: ob id diuturna, & inextirpabilis est: haec Theophrastus. Quae sane verba certo sunt argumento, eam Dioscoridis lectionem plane depravatam esse, quae huic Mespilorum generi pyracantha frondes reddit. Quinetiam solum explicant oxyacantha à Dioscoride ejus in historia silentio dissimulatum, quod scilicet apii modo per ambitum sit dissectum. Sed illud etiam non ignorandum, tantam oxyacantha cum hac Mespilo intercesse cognationem, ut si Mespilus hac oxyacantha inferatur, omnium speciosissima proveniat, & longè magis fructifera evadat. Sed ut redeamus eo, unde codicum menda, quae librarium incuria est, nos diduxerant, dicimus quod Azaroli vocata fructus nullus prorsus notis reclamant Mespilus, quae primo loco à Dioscoride descripta sunt. Siquidem ii exigui sunt, terna includunt oscula alius Mespilis duriora: quanquam magnitudine, & forma dissimili, seram sentiunt maturitatem, ori grati habentur, stomacho non injurundi & reliquis deniq; notis, ac qualitatibus illorum speciem adeo representant, ut non aliud hac in re asserendum putaverim, quam quod idem sint Azarola, & Dioscoridis Mespila à quibusdam Aronia dicta. Haec cum maturitatem senserint, gustui haud parum placent: quo fit, ut ab incolis pro delitiis, non solum cruda expetantur in cibis, sed in etiam saccharo, melleq; asservata edantur. Eadem gratissimus sunt cibus utero geventibus: quippe non modo sapore placent, sed earum malacia subveniunt. Quae porro Mespili aliquibus Setania, & Epimelides appellantur, vulgaribus nostratibus collata nihil inter se dissentire comperiuntur. Foliis est mali, sed minoribus: flores fert albicantes, coronea mali amulos: fructum rotundum, latiore umbilico quinq; acutis pro-
cessibus coronato: Habetur in vineis, hortis & sepibus. Quae propter nil mirum scriptis mandasse Dioscoridem, alterum
hoc Mespili genus copiosum in Italia nasci. Veruntamen Galenum Epimelidus appellatione aliam arborem à nostratibus Mespilis diversam sumpsisse, liquidò constat. Quandoquidem libro 6. simplicium medicamentorum scribit, ejus fructum acerbum esse, & ventriculo noxium: Epimelida autem à rusticis Italiae xnedonem nominari. Hoc insuper illud confirmat, quod Galenus de utroq; Mespilorum genere, seorsum diversis capitibus tradiderit. In Mespilorum historia Serapio aperte hallucinari deprehenditur, quippe qui sorbi titulo omnia reseat, quae de utroq; Mespilorum genere scripsit Dioscorides. Verum et si hac in re idem aberret, declarat tamen primum Mespili genus nobis Italiae Mauritani secutis Azarolum esse: namq; is Arabico idiomate Mespila Zaror appellat. Vulgaris Mespila devorata coeliacos, dysentericos, & diarrhoea affectos juvant. Sistunt saucium, gutturi dentium, & gingivarum fluxiones, ubi eorum decocto os colluatur. In hoc si infideant feminae, mensium abundantiam sistit. Fit è sicco Mespilis, rosarum succo exceptis, additis aliquot Caryophyllis, & coralliorum rubeorum nonnihil, quinetiam myrsica nuci, cataplasma, ori ventriculi admovendum, ad compescendas vomitiones, & praesertim, ubi cibus rejiciatur. Sicca folia in pulverem aspersa, recentia vulnera glutinant, & sanguinis profusum sistunt: ideo dantur quoq; utiliter ad cruentas rejections. In summa ubi adstrictione, corroborationeq; opus sit, cum folia, tum fructus plurimum praestant. Mespilorum oscula, in pulverem contrita, calculos è renibus valenter pellunt, ubi cochlearis mensura ex vino in quo vulgari petroseli-

II. MESPILUS ALTERA.

Epimeli-
Gale.

Serap. la-
pius.

Mespilo-
rū ulus.



Mespilo-
rum vi-
res ex
Galen.

lini radices decocta fuerint, ebibantur. Mespilorum vires recensuit Galenus libr. 7. simplicium medicamentorum, sic inquit: Mespili fructum, alii tricoccum nominant, quod tria intus in universum gerat grana, quorum unumquodq; arboris est semen, seu ea, quae in malis inveniuntur, ipsius mali: & acini, ipsius vitis: & ficus, minut a illa grana, quas cenchramidas Graeci vocant. Arboris hujus fructus admodum acerbus est, vixq; edi potest. Ventrem strenue coercens: quin & in germinibus, & foliis acerba haec qualitas non pauca reperitur. Et libro 2. de alimentorum facultatibus sic inquit: Horum eadem quoq; praedictus est ratio: ambo enim adstringunt, sed multò fortius Mespila, quam sorba. Quamobrem alvo fluenti in cibo accommodatissime exhibentur: sorba tamen ipsis sunt suaviora: prorsus namq; nihil acerbi, ut Mespila obtinent, sed succum eorum citra acerbicatem austerus est. Illud porro neminem puto latere, haec omnia parce, non assatim, ut ficus, uvaeq; esse comedenda: nequaquam enim eis, ut cibis, sed ut medicamentis potius indigemus. Haec novisse longè tibi fuerit utilis, quam si primam hujus dictionis syllabam ab antiquis Atheniensibus per, o, solum prolatam scriptamq; fuisse cognoscas. Mespila, nullis intus osculis, misit ad me Verona Franciscus Calzolarius. Arbor utonidov è puriana Graecis, Latinis item Mespilus, & Mespila nominatur: Arabibus, Zaror seu Zarur, & Alzarur. Mespilus prima: Italiae & Hispaniae Azarolo. Mespilus vulgaris, Graeci Μεινιά & μινιάδα. Italiae Nespolo: Germanis, Nespel: Hispanis, Nespertas, Gallis, Nespilier: Bohemis Nysspule.

Mespila
sine os-
culis.
Nomina.

† Ne videamur hic temerè communem lectionem immutasse, quae est pyracantha, lectionem admonere non alienum duximus, variam esse hujus loci scripturam in Graecis tum impressis tum vetustis exemplaribus. Verum ea nobis magis probanda visa sunt, quae habent pyracantham vel oxyacantham (idem enim esse putamus,) innixi rationibus, quas in commentario adduximus.

Mespilus duplex habetur. I. Mespilus folio apii C. B. Haec Aronia Dioscor. Anthedon dicitur Theophrasto & Plinio. Mespilus Aronia, Dod. gal. & fol. Gef. hor. Lob. Tab. Mespilus prima L. ac. Cast. Paliurus Africana Ruellii, quae & vinosa cognominari potest, Gef. hor. Mespilus propriè, Cord. in Diosc. Azarolus Cæsal.

Cesalp. hæc spinosa quidem est, attamen in Italia tanquam magis domesticam spinis carentem observamus, à Theophrasto capite de Sorbo admoniti. II. Mespilus vulgaris: apud Theophrastum & Plinium Serania seu Satania cognominatur. Mespilus, Brunf. Trag. (cui Cratæus Theophrasti) Gef. hort. Lon. Lob. Dodo. Tab. Mespilus altera, Dod. gal. Cord. in Dioscor. cui est Epimelis & hamamelis: Mespilus setanea, Lugd. Hæc duplex est, vulgarior quæ aliquot spinis armatur, fructu minore: altera frequentius inest, nec spinis horret, fructumq; edit multo maiorem, cuius iconem proposuit Lobelus editione Belgica. Scaliger meminit Mespili, cuius fructus albus sit, maliq; magnitudine. Huc referri potest & Mespilus altera humilior, quæ Chamæmespilus Gesnero & Lobelo dicitur.

10 *Λωτός Λιβάσος.* LOTUS ARBOR. CAP. CXXXIV.

Lotus arbor est vastæ magnitudinis, ferens baccam pipere maiorem: dulcem, cibis gratam, stomacho facilem. Alvum sistit baccis. Ramentorum ligni decoctum sive potu, sive infusione dysentericis, ac foeminis fluxione vulvæ laborantibus, auxilio est: rufat capillos: citam alvum cohibet.

Lotus (inquit Theophrastus lib. 4. de plantarum historia) proprium genus præstat, magnitudine quantæ pyrus, ^{Lotiar-} ^{boris hi-} ^{storia ex} ^{Theoph.} aut paulò minore, incisuræ folium habet, ac illic esse videatur: materies nigra. Genera ejus plura fructibus inter se distincta: fructus magnitudine fabæ: maturefcit utrumque modo, variè colores immutans. Nascitur ut myrta, adversa inter se densus super germina. gustatu inter Lotophagos dictos prædulcis, suavis, innocuus, atq; etiam bona frugis. Ventribus ²⁰ est bonus, suavior verò, qui sine ligno interiori est: nam vel genus hujusmodi est, & vinum eo exprimitur. Multa hæc arbor, fructuq; copiosa est. Exercitum itaq; Ophelli, cum in Cartaginem proficisceretur, vel eo fructu diebus pluribus pastum commeatumque defecit, accepimus. Est igitur in Insula Lotophagia, Phariide vocata, larga copia: hæc autem insula abest, & non multum distat. Ceterum non minor in continenti, sed longè largior est: plurima enim hæc omnino in Lybia: hæc Theophrastus. Cui subscribit lib. 13. cap. 17. his verbis. Eadem Africa, quæ pergit ad nos, insignem arborem Loton gignit, quam vocant Celtim, & ipsam Italia familiarem, sed terra mutatam. Præcipua est circa Syrtis, atq; Nasamenas. Magnitudo, quæ pyro. Incisuræ folio crebriores, alioqui illic videntur. Differentiæ plures, eaq; maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ, color croci, sed ante maturitatem alius, atq; alius, sicut in uvis. Nascitur densus in ramis myrti modo, non ut in Italia Cerasi, tam dulci ibi cibo, ut nomen etiam genti terræq; dederit. Melior sine interiore nucleo, qui in altero genere offensus videtur. Vinum quoq; exprimitur illi simile mulso, quod ultra denos dies negat durare Nepos. Baccasq; ^{Vinum} ^{è Loto.} contusas cum Alica ad cibos doliis condunt, quin & exercitus pastos eo accepimus, ultro, citroq; commeantes per ³⁰ Africam. Ligno color niger, ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capulos, brevesq; alios usus excogitant. Dioscorides non aliis notis reddidit Lotum, quam quod arbor esset vastæ proceritatis. Cui subscribens idem Plinius libro 16. capite 30. sic inquit: Lotus præcipue domibus expetitur, ramorum petulantia, latissima expatiantium umbra, & in vicinas domos sæpè transilientium. Item eodem loco ita scribit: Loti fructus sylvestris quidem est, sed cerasorum penè natura. Nulli brevior opacitas, nec aufert solem hyeme decidentibus foliis. Nulli cortex jucundior, aut oculos ex- ^{Lotus} ^{Plinii.}

I. LOTUS

II. PSEUDOLOTUS.



S 4

cipiens

ciens blandius. Nulli rami longiores, validioresq., aut plures, ut dixisse toridem arbores liceat. Cortice pelles tingunt, & dice lanas: & libro 17. capite 1. lotos ingentes esse arbores quog., ostendit his verbis. Ea sex arbores fuisse Loti patularumorum opacitate lasciva. Caterum non solum ingentes esse arbores Lotos testatur Plinius, sed etiam in longas perdurare a-

LOTI AFRICANÆ SPECIES.

Lotum
longevū
admodū
esse ar-
borem.

Lotus
Italica.

Loti Ita-
licæ hi-
storia.



tates libr. 17. idem ostendit his verbis: Roma vero Lotos in Lucina area anno qui fuit sine magistratibus 369. urbis aedificata: incertum ipsa quanto vetustior: esse quidem vetustior non est dubium, cum ab eo loco Lucina nominetur. Hac nunc circiter annum 450. habet. Antiquior illa est, sed incerta ejus ætas, quæ capillata dicitur, quoniam vestalium Virgini-
um capillus ad eam defertur. Verum altera Lotos in Vulcanali, quod Romulus constituit ex victoria de Decumis, æquiva-
ibi intelligitur, ut autor est Massurius. Radices ejus in forum usq., Casaris, per stationes municipiorum penetrant. Quamobrem putaverim ego, si modo hodie Loti nascuntur in Italia, cum non aberrare, qui veram lotum, præsertim Dioscoridi, & Plinio, eam esse arborem dixerit, quæ in Tridentino & Goritienfi agro vulgo Bagolaro vocatur: in Veronensi vero, & in aliis quibusdam Italia locis, Perlaro. Siquidem licet harum arborum multa pyri magnitudinē aequent,
pleraq., tamen conspiciuntur, quæ longè admodum pyrum proceritate vincunt. Hac itaq., præterquam quod caudice constant crassissimo, ramis latissimis in altitudinem latitudinemq., se extollentibus: cortice spectantur laevi, colore in caruleum nigrescente. Quo fit, ut is grato coloris aspectu respicientium oculos mirum in modum ad se alliciat, ut tradidit Plinius. Foliis virent illic proximis, per ambitum serratis, asperisq., quæ medio autumno flaccescunt. Fructus ejus (ut Plinius lib. 13. & 16. inquit) cerasorum similitudine, qui ut illa, longiore pediculo pendet: is primo viret, mox in candidum
flavescit, deinde per maturitatem rubescit: deniq., postquam maturuerit, nigricat, gustu non ingrato. Quæ omnes hujusce arboris delineationes ac notæ, Dioscoridis, & Plinii loto planè respondere videntur. Non desunt tamen, qui nostra refragentur sententiæ, censentes fortasse Lotum haud provenire in Italia, sed his maximè repugnat Plinius, qui Lotum Italia familiarem esse affirmat. Itaq., cum nulla alia arbor crescat in Italia, quæ Plinianam referat lotum, quæ ea de qua diximus, nulla ratione possumus, debemusq., à nostra deflere sententiā. Quare non equidem dissitebor, Lotum quog., hoc ævo Italia esse copiosam. Caterum nesciverim ego, quorum testimonio, & auctoritate fretus Ruellius lotum existimaverit plantam exiguam illam, quam Hetrusci vulgò Agri-
folio dicunt: è cuius cortice (ut superius de paliuro differentes diximus) uti ex viburno nostro, vulgò vero lantana, quidam
viscum conficiunt, quo aves capiuntur. Quæ sanè opinio tantum abest ab historia loti, quam ex Theophrasto, Plinioq., retulimus, ut etiam ei prorsus adversetur: quippe quoniam Agrifolium arbor est, perpetua virens coma, foliis admodum per ambitum aculeatis, exigua proceritate, & cortice viridi: quæ notæ penitus loti descriptioni repugnant. At qui videnda magis videtur Anguillarii diligentia in vertenda ex Theophrasto Loti historia in Italicum sermonem. Siquidem is, dum nescio quos carpit, quod perperam (ut ille putat) Theophrasti lectionem verterint, ipse præ ceteris dum se peritissimum ejusdem interpretem facit, erroribus illis omnibus, quibus alios accusat, apertissimè notari potest. Nam ubi Theophrastus habet
ἡ ἀράνη τῶν πύλων, παρὰ δὲ οὐδὲν ἄλλο, id est Myrti modo triptici ordine implicitis. Deinde ubi statim Theophrastus habet αὐτὸς ἐστὶ τῶν βλαστῶν, manifestò declarat fructum ipsum densum provenire super ramorum germina: ille ad arborem, non ad fructus respiciens, autoris sententiā destruit, his verbis: è copioso di germogli: id est germinibus copiosus est. Deinde, ubi paulò inferius Theophrasto legitur ἡ ἐστὶ τῶν γῆρας τῶν ναιδῶν ἀγῶν, ἡ δὲ οὐδὲν ἄλλο, ἡ γὰρ ἡ τῶν γῆρας τῶν ναιδῶν, inutile admodum, & sine ullo prorsus sensu, vertit Anguillarius hoc modo: Ma di questo è più soave il primo, perciocchè venè una sorte così chiamata, & di questo se ne faceva vino: id est, isto suavior est primus, quoniam genus unum est ita vocatum, ex quo vinum parabatur. Hac qui viderint, facile cognoscent Anguillarii in Græcis literis peritiam. Præterea manifestò is hallucinatus deprehenditur, ubi Plinii auctoritate parari vinum dicit ex eo loti arboris fructu, qui nucleum habet. Siquidem contra Plinius ex iis loti baccis vinum fieri scribit, qui sine interiori nucleo habetur: quemadmodum scribit etiam Theophrastus. Sed de his satis. Caterum misit ad me plantam, cujus hic imaginem damus, Constantinopoli allatam, Augerius de Busbecke, vir quidem clarissimus, cui subscriptum erat, Dactyli ex Trapezonda dulces, & gustui delectabiles. Hanc itaq., ego inter Lotorum genera annumeranda censerem: & præsertim, cum legerim apud Athenæum eadem de loto scripsisse Polybium, quæ de dactylo scripsit Herodotus. Pseudolotus arbor est procera, foliis latius oblongisq., firmis ac nervosis, fructu Sebestenorum effigie, sed longè minore, colore per maturitatem caruleo, pluribus intus osculis, sapore non ingrato. Italia peregrina hac arbor est, & raris in viridariis habetur. Eadem ferè illi qualitates sunt, quæ legitima loto tribuuntur. Vires quog., eadem illi sunt, si rerum experimentatoribus credimus. Non rectè sentiunt, qui Pseudolotum hanc Guajaci plantam esse putant. Nec fortasse abre fuerit, inter lotos recensere aliam quog., plantam, quam hic Pseudoloton vocavimus. Lotus Africana altera, arbor est procera, foliis alterius loti latioribus, bacculis rotundis, acuminato tamen cacumine, colore caruleo subnigricante. Hæ pediculis carent, calyculus tamen ima parte obductis perinde ac glandes, & Mixæ arboris ramis & furculis seriatim coherere. Habentur arbores multis in locis in Italia, è longinquis tamen regionibus allatæ. Sunt qui velint arborem hanc ejusdem cum loto pollere viribus: id quod nos quog., putamus. Aberrant, qui hanc loti speciem, Guajaci esse plantam contendunt. Sed hac obiter dicta sint, ut alii quog., qui rem plantariam excolunt, suam huic mentem adhibeant. Sunt etiam qui putent
Lotum

Ruellii
error A-
grifolii
loti cen-
sensus.

Anguil-
larii la-
psum in
Theo-
phra-
stii ver-
sione.

Anguil-
larius in
Plin.

Dactyli
ex Tra-
pezonda.
Pseudo-
loti de-
script.

Loti Afri-
canæ de-
script.

Lotum Athenæo, Zyzypum esse nostratem, sed decipiuntur, quod Zyzypus folia non ferat Rhamno latiora, nec baccas rotundas puniceasq., sed oblongas, & aureas potius, quam rubentes. Quinetiam, quod Zyzypa esui sicibus, dactylisq. haud persimilia sint, nec eos odoris suavitatem præcellant. Lotum scriptura tradidit Galenus lib. 7. simpl. medic. his verbis. Lotus arbor non ita multa adstrictoria qualitatis est particeps, sed & tenuium partium est, & exsiccatoria. Itaq., lignorum ipsorum ramenta muliebri accommodantur profluvio, & dysenteris, & celiacis affectibus. Decoquantur vero interim in aqua, interim in vino, nimirum prout usus poposcerit, nec insunduntur tantum, sed & bibuntur. Quinetiam quod pilos defluentes cohibeat, non parvum signum est ipsum adstringentis esse cuiusdam, similiter mediocriter desiccantis facultatis. Dicitur quippe est & in sermone de ladano, ejusmodi esse facultatis oportere, quod fluentes capillos esset cohibiturus. Planta, quæ Græcis λωτός λέωδον, Latinus Lotus arbor, & Celtis appellatur: Arabibus, Sadar, Sedar, seu Alsadar: Italis, Loto Nomina. 10 albero, Bagolaro, sive Perlaro: Germanis, Zurgelbaum: Gallis, Alyfier: Hispanis, almex. Pseudolotus, Italis, Loto bastardo. Lotus Africana altera, Italis, Legno santo, sed falsò.

Lotus Athenæi non est Zyzypus. Loti vires ex Galeno.

I. Lotus arbor, Lotus Celtis Plinio: Fraxinagolum, Crescentio: recentioribus Lotus, & Lotus arbor. II. Loti Africanæ nomine quæ proponitur, à quibusdam Diospyros Theophrasti censetur, Lotus & Faba Græca, Plinio, Cæsalpinus suspicatur apud Plinium inter Mala esse Tuberum alterum genus, quod Sericum cognominatum est à colore. Guajacum Patavinum, Ges. hor. (cui & viscago) Lob. cui & Lotus vera Theophrasti: Diospyros sive Faba Græca, Lugd. Ermellinus Cæs. Guajacana vulgò, Camer. Pseudolotus, Tab. Cerasum Trapezuntiam Constantinopoli vocari testatur Bellon. Figuræ duæ appositæ Pseudoloti & Loti Africanæ nomine, videntur foliorum tantum longitudine, brevitate, angustia, 20 latitudine, pro ratione ætatis & loci, variare. Quod Guajacum aliqui putarint causâ est, quod ligni materia sit alba, & cor nigrescens.

Κραμία.

CORNUS.

CAP. CXXXV.

Cornus dura arbor est, baccas ferens olivæ modo oblongas, quæ primùm virent, dein per maturitatem & rubescunt, aut ceræ colorem repræsentant. In cibo adstringunt: profluvio alvi, atq; dysenteris salutare, sive in edulio, sive in defruto exhibeantur. Muria, ut olivæ condiuntur. Sanies, quam virentia folia torrendo refudarunt, impetigini convenienter illinuntur.

Meum & Drag. λωτός η κραμία. i. flavus aut ceræ colore referens, sed Catacuz. λωτός η κραμία. i. flavus aut croceus. Corni historia ex Theoph.

30 I. CORNUS.



Cornus est vulgaris notitia. Caterum (ut lib. 3. de plantarum historia, cap. 12. memoria prodidit Theophrastus) sexus in ea duplex invenitur. Namq. consurgit mas duodecim cubitorum altitudine: folio amygdala, nisi quod pinguius, crassiusq.; cortice nervoso, & tenui: caudice non minus crasso. Fœmina virgas parvas, sicut salix amerina, suo latere profert, & fruticosior est. Nodos amba, perinde ac vitex, tum germinatos, tum invicem congruos habent. Materies mas excors, totaq; solida, cornibus densitate firmitateq; similis, unde illi nomen. Fœmina vero medullam continet & mollior est, atq; cavatur: ob id ad venabulorum usum inutilis. Qui Idam Trojanam incolunt, marem sterilem dicunt: fœminam autem fructuosam. Nucleum fructus olivæ similem habet, gustu dulci, odoratuq; gratus. Flos olea, & flor. fructificatq; eodem modo, ut singulari pediculo plura proferat. In Macedonia vero (veluti etiam in Italia) amba fructifera sunt: sed mas per æstatem, fœmina vero per autumnum baccas maturat, hujus tamen bacca tantum masculæ bonitate cedunt, ut mandi vix possint. Porro cavendum est, ne corni arbores prope alvearia conserantur, vel à natura producta ibidem permittantur: quandoquidem apes flore ejus degustato alvo citata commoriuntur: atqui contrarium in homine operatur. At certe mirandum est, quod scriptis mandaverit Theophrastus, Cornum arborem amygdala folio virefcere, cum longè diverso prorumpat. Eaq; propter dixerim ego, aut in Theophrasti exemplaribus hoc loco mendum subesse, aut in Ida monte prope Trojam tum soli, tum etiam cæli magis æstuante natura, corno folia adeò restringi, ut amygdala quadantenus emula videantur: etsi meo quidem iudicio, potius putandum sit, Theophrasti lectionem hoc in loco depravatam esse. Arbor est Cornus mediocri proceritatis, plerumq; fructuosa, virgis numerosis, è brevi caudice emergentibus, nodosis firmis, robustisq;. Tota arbor scabro vestitur cortice, adstringenti admodum sapore: proinde expetitur pistrinariis fabris, ad parandos rotarum dentes: folia illi sunt sanguinea virga, 40 tactu lævia, mediocriter crassa, ac venosa. Flores edit muscosos aurei coloris, è quibus bacca oriuntur rubentes, oblonga olivarum figura, & singulari pediculo, præduro intus osiculo, olivæ modo, in quo nucleus, sapore dulci, odoratuq; gratus. Fit ex baccarum pulpa quoddam obsonii genus cydonite non dissimile. Quin & ex eorum decocto, & saccharo liquor ignis opere, & coctura concrefcit, coagulaturq;, qui præterquam quod gratissimo placeat gustu, datur utiliter dysentericis, ac fœminis mensium profluvio laborantibus. Adversatur cornus à canibus rabidis demorsis, ut inferius libro sexto, diffusius dicemus. Corni vires memoria prodidit Galenus libro septimo de simplicium medicamentorum facultate, sic inquit: Corni arboris fructus admodum acerbus est, esui aptus. Itaq; mirum videri non debet, ipsum valenter ventrem restringere, sicut & mespila. Folia quoq; & germina gustu acerba sunt, 50

Theoph. locus suspectus.

60 tica, virgis numerosis, è brevi caudice emergentibus, nodosis firmis, robustisq;. Tota arbor scabro vestitur cortice, adstringenti admodum sapore: proinde expetitur pistrinariis fabris, ad parandos rotarum dentes: folia illi sunt sanguinea virga, tactu lævia, mediocriter crassa, ac venosa. Flores edit muscosos aurei coloris, è quibus bacca oriuntur rubentes, oblonga olivarum figura, & singulari pediculo, præduro intus osiculo, olivæ modo, in quo nucleus, sapore dulci, odoratuq; gratus. Fit ex baccarum pulpa quoddam obsonii genus cydonite non dissimile. Quin & ex eorum decocto, & saccharo liquor ignis opere, & coctura concrefcit, coagulaturq;, qui præterquam quod gratissimo placeat gustu, datur utiliter dysentericis, ac fœminis mensium profluvio laborantibus. Adversatur cornus à canibus rabidis demorsis, ut inferius libro sexto, diffusius dicemus. Corni vires memoria prodidit Galenus libro septimo de simplicium medicamentorum facultate, sic inquit: Corni arboris fructus admodum acerbus est, esui aptus. Itaq; mirum videri non debet, ipsum valenter ventrem restringere, sicut & mespila. Folia quoq; & germina gustu acerba sunt,

Corni historia. Corni usus in cibis.

Corni vires ex Galen.

II. VIRGA SANGUINEA.

Virgæ
Sanguineæ
consideratio.Ol. ex
virgæ
sang. bac-
cis.Virga
sanguinea
Plinii.

Nomina.



sunt, valenterq; desiccant. Itaq; maxima vulnera glutina-
re possunt, potissimum durorum corporum: at parvis vulne-
ribus, & mollioribus corporibus magis contraria sunt. Nam
nimium ea contendunt, ac plus satum desiccant. Corno haud
longe absimilis est plama quam nos vocamus in Hetruria à
sanguineo virgarum colore vulgari idiomate SANGUINO,
& Sanguinello. Crescit hæc in dumetis, & sepibus: arbor est
fruticosa, virgis Corno tenuioribus, robustis, nodosisq;. Corti-
ce sanguinis modo rufescente: foliis Corno proximis, paulo ta-
men brevioribus ac latioribus, firmis, nervosis, rubenti pe-
diculo nitentibus. Floret Vere umbellis albicantibus, quarum
flores baccas edunt, racematim coherentes, sanguineis, tenui-
busq; petiolis appensa, orobi magnitudine, primum virides,
& per maturitatem nigricantes: è quibus Ananienſia rura,
in Tridentino agro, oleum conficiunt ad lucernarum usum,
expresſis torculari, decoctis prius in aqua baccu. Ligni mate-
ries dura osseaq; habetur, corno minime cedens, ob idq; sunt
qui velint hanc Cornum esse semina, sed non video, quibus
argumentis hoc probare nitantur. Atqui fortasse à scopis non
longe aberraret qui diceret, hanc virgam esse sanguineam, de
qua Plinius meminit lib. 24. cap. 10. his verbis. Nec virga san-
guinea felicior habetur, cortex ejus interior cicatrices, qua
præsanavere, aperit: Hæc ille. Sed an planta, Sanguino nobis
vocata id præſtare possit, nondum periculum feci, quo sit, ut
hanc sententiam non ausim affirmare, cum nullus notus de ea
meminerit Plinius. Baccæ quæ ad maturitatem pervenerunt,
amaro, acerbæ, adstringentiq; sapore degustantur: itaq; ab-
stergunt, roborant, cohibent ac repellunt: quare oleum, quod
ex eis exprimitur, tale quoq; esse necesse est. Porro plura non
habeo, quæ de hac planta in medicum usum veniant. Arbor,
quæ Græcis γαργία, Latinis Cornus vocatur: Itali, Corniolo,
veluti fructus ejus Cornole, & Cornie. Germanis arbor,
Cornelbaum / Rurbeerbaum / & Dierlein: fructus verò
Welſch-Kirſchen: Hispanis, Cornizolos: Gallis, Cornier, fructus verò Corneille: Bohemis, Drinkounz, a virga sangui-
nea, Itali Sanguineo, & Sanguinello.

Cornus mas est & fœmina: Mas sativa & sylvestris: Sativa fructu rubro, ceræ item colore & albo. Sylvestris fruticat tantum & fructu est dulciore. I. Cornus mas Theophrasti: Cornus Dioscoridis: Cornus sativa & mas, Cord. in Diosc. Cornus mas, Dod. gal. Gef. hor. Lug. Cast. Cornus, Trag. Lon. Lob. 40
Lac. Dod. Cæſalp. II. Cornus sylvestris seu fœmina Theoph. Virga sanguinea Plinii, Gef. hor. Dodo. Sanguinus Creſcentio, Cast. Sanguen vulgo, Cæſalp. Hartrigel Trago: Cornus fœmina, Dod. gal. (cui & Opulus Columellæ) Gef. hor. Lob. Bellon. Lugd. Tab. Thal. Cornus sylvestris & Ossea Loni. Pseudo-
crania, Cord. in historia sua.

Ovis.

SORBA.

CAP. CXXXVI.

a Meum
μυζο-
τα.

Sorba a colorem luteum referentia, priusquam maturescant, dissecta, & sole siccata manduntur, ut al-
vum sistant. Eadem est functio molitorum farinae, si polentæ loco sumatur. Quod & decoctum eorum
in potu præstat.

Sorbo-
rum con-
sideratio
& genera

Sorba fructus sunt in Italia vulgatissimi, nulliq; non cogniti. Habentur ferè ubiq; locorum in campis, vineis & virida-
riis. Duorum sunt generum quæ domestica sunt, quemadmodum & quæ sylvestria. Domestica pomorum diversitate
noscentur: nam alterum quidem mas, alterum fœmina, quæ pomorum diversitate noscentur. Utraq; arbor caudice exit
recto ac longo, ramis in altum assurgentibus: folio Fraxini sed angustiore, aversa parte albicante, & per ambitum serrato:
album edit florem, racematim prodeuntem, è quo fructus exeunt in racemi modum, & ex uno tantum exortu pediculos
ducentes, in altera quidem orbiculati, & succo odoratiore, ac mitiore: in altera verò ovati pyri faciem referentes, & gustui
asperiores, insuavioresq; & minus olentes, colore sub pallido, & in latere rufescente. Hic maris, ille fœminæ esse creditur.
Decerpuntur immatura Autumno, & in manipulos colligata suspenduntur, vel reponuntur substratis straminibus, ut ita
mutescant, nam aliter præ nimia austeritate nec mandi, nec deglutiri possunt. Ligni materies solidissima ac compacta: id-
eoq; ad mensas parandas lignarius fabrie perquam libenter expetitur, quemadmodum & virgæ à bubulcis ad stimulos pa-
randos. Cortice vestitur scabruſculo, colore ex flavo albicante. Radix illi rara, crassa, solida, atq; descendens. Datur uti-
liter farina delingenda dysentericis, coliacis, & sanguinem rejicientibus, ac etiam seminis merinis fluxibus opportunè.
Sylvestrium (ut diximus) similiter genera duo. Unum quod propriè sylvestre appellatur, alterum quod Torminale vocat
Plinius. SYLVESTRE ferè facie à sativo non differt, præterquam fructu, qui ex muscariis umbellatim sambuci modo
prodit, crocantibus in rusum. Baccis oxyacanthinis magnitudine ferè aequalibus, sapore tamen à domesticis non parum
disimili, acerbæ, adstringentiq;. Provenit sylvestris ac frigidis locis inter ceteras agrestes plantas. Baccæ adstringunt, siccant
& repellunt.

Sorba
sylvestris
histor.

I. SORBUS DOMESTICA.



II. SORBUS SYLVESTRIS.



III. SORBUS TORMINALIS.



& repellunt, quæ per hyemem à rusticis ad aucupia asser-
vantur: ea enim turdis gratissima sunt. Arboris virgæ
quod solida, robustaq; sint materie, expetuntur à rusti-
cis pro stimulis boum parandis. TORMINALIS Sorbi
folio est vitigineo, Platani modo, levi, haud infirmo: bac- Tormi-
cis oblongis, asperiusculis, teretibus, racematim cocunti- nalis cõ-
bus, & longo pediculo appensis, coronato umbilico, co- sideratio.
lore ferrugineo, sapore per maturitatem acido, & auste-
ro. Arbor ipsa spectata satis habetur proceritatis, cortice
obducta levi, & materie haud fragili. Nascentur in sylvis,
cum cæteris sylvestribus. Bacca adstringunt, non tamen a-
deo valenter, ut domestica. Possunt eadem omnia, quæ do-
mestica, sed inefficaciora habentur. Astringunt enim al-
vum, & dysentericorum torminibus utilia sunt, unde illi
nomen. Hanc Anguillarius manifesto sanè errore Crataeo- Anguill.
gum esse censet. Siquidem Theophrasto libro 3. capit. 15. de Cratzo-
historia plantarum, Crataegus folio Mespili prolixo sci- gum ma-
licet est, verum majori, latiori, oblongiorq; nec serrato le.
quemadmodum illa sit. Atqui quantum distet Tormina-
lis sorbi folium à Mespili foliis, manifestè testatur Plinius
libro 15. cap. 21. quippe qui Torminali Sorbo Platani, non
Mespili folia esse scribit. Adde quod huic Sorbo ligni ma-
teries, nec versicolor sit nec valida, nec flava, qualis Cra-
taego esse debet, si Theophrasto credimus. Quin etiam nec
fructus convenit, qui in hac Sorbo oblongus semper visitur,
in Crataego vero magna ex parte turbinatus. Sorba, testi- Sorborũ
monio Galeni tum libro 8. simplicium medicamentorum vites ex
tum libro 2. de alimentorum facultatibus, eandem ad- Gal.
stringendi naturam præstant, quam mespila, sed imbecil-
liore effectu. Utraq; tamen in medico usu magis, quàm
in cibis expetuntur, probanturq;. Sorbi fructus Græci
δᾶ: Latini, Sorba: Itali, Sorba: Germani, Spener. Nomina
ling / Sporocypfel / Sperberen: Hispani, Sorbas:
Sylvestris, Itali Sorbo salvatico. Ananensibus, Temelo.
Sorbis torminalis, Itali, Sorbotorminale, & sorbo salvatico: Germ. Wilder Sperwerbaum: Bohemis, Vuoskerusse.
Sorbus

Galli, Sorbes & Corniers nominant: Bohemi, Kzerbiny. Serbus sylvestris, Itali Sorbo salvatico. Ananensibus, Temelo.
Sorbis torminalis, Itali, Sorbotorminale, & sorbo salvatico: Germ. Wilder Sperwerbaum: Bohemis, Vuoskerusse.

Sorbus alia fativa, alia sylvestris, quæ duplex: fativa variat & forma & sapore fructus. Forma, alia orbiculata, ut mala: alia oblonga, vel turbinata, ut pyra: alia ovato fructu. Orbiculata, dulciora & odoratiora: ovata verò, acida & minus odorata. I. Sorbus fructu ovato Theoph. Sorbus, Brunf. Trag. Dod. gal. & fol. Cord. in Diosc. Lac. Lon. Gef. hor. Cæs. Tab. Lugd. Sorbus domestica, Cast. Lobel. cui & Ostria Theophrasti. Sorbus esculenta, Cam. Sorbus ovata, Fuch. Sorbus legitima Clus. Pann. II. Sorbus sylvestris: Cast. Tab. Sorborum quartum genus Plinio: Fraxinus Bubula, Dod. gal. Fraxinea arbor, Trag. Fraxini species, Lon. Ornus, Gef. in fracto Dod. Ruell. Sorbus sylvestris alpina, Lob. Sorbus acuparia, Clus. Pan. Thal. Cam. Sorbi quintum genus, Cord. in Diosc. III. Sorbus Tormalis, Cord. hist. Gef. hor. (cui & Mespil aroniæ sylvestris species) Dod. Clus. Pann. Lob. Lugd. cui & tormalis vera, Lonic. Tab. Cæsalp. Thal. Cam. Sorbi quartum genus, Trag. Cord. in Diosc. Sorbi sylvestris alia species, Cast. Cratægus Theophrasti: Anguil. Lugdunenfi historiae.

Κοινη γένεσις.

PRUNUS.

CAP. CXXXVII.

Prunus arbor est nota, cujus pomum estur, sed stomachum malè habet, alvum mollit. Syriaca pruna & præcipuè quæ Damasci gignuntur, exiccata stomacho utilia sunt: alvum adstringunt. Folia pruni in vino decocta, collutione & gargarizatu, uvam gingivas, & tonsillas fluxione laborantes reprimunt. Præstant idem sylvestrium Prunorum bacca, post maturitatem exiccata: cum sapa verò decoctæ stomacho utiliores redduntur, alvumq; magis adstringunt. Gummi prunorum agglutinat: a potum in vino calculos comminuit: ex aceto quoque illitum, lichenas infantium sanat.

¶ Addit
Cat. π.
συμπλ.
ρικον. i.
cutis
meatus
obstru-
ens.

I. PRUNUS.



II. PRUNUS CEREA.



Prunorū
confide-
ratio.

Prunorum differentia inexplicabiles serè sunt, facie, magnitudine, colore & sapore differentia. Nam alia reperiuntur herbaceo colore perfusa, alia rubeo, alia eburneo, alia luteo, alia purpureo: quedam deinde magna, quedam vero parva: quedam mediocria: dulcia nonnulla, alia acida, alia vinosa, alia dura, alia mollia: alia deniq; rotunda, alia oblonga, alia ovata conspiciuntur. Arbor est procera, radicibus haud altè descendens paucisq; caudice subrecto, cortice scabro, multis ramis brachiato, foliis latis oblongisq; per ambitū serratis: floribus candidis, foliatis racematim prodeuntibus. Fructu carnoso, tenui vestitus cuticula, osiculo intus oblongo, in quo nucleolus. In vineis, hortis & viridariis habetur. Ceterum licet Diosc. pruna Damascena sicca alvum sistere prodiderit, Galenus tamen aliter sensisse videtur septimo simplicium censu ubi sic inquit: Pruni fructus ventrem subducit, recens quidem plus, aridus verò minus. Sed haud scio, cur Dioscorides pruna Damascena siccat a ventrem sistere dicat, cum & ipsa perspicuè solvant, minus tamen iis, quæ importantur ex Iberia: habent Galenus. Atqui in hoc Brassavolus Ferrariensis medicus nostra ætatis clarissimus, apertè refutatur Galeno in simplicium medicamentorum omnium peritissimo acq; doctissimo, suo de simplicium examine, ubi Galenum scribit hac in re, non Dioscoridem fuisse deceptum. Quippe quod Galenus non animadvertit, Dioscoridem de siccis prunis Damascenis loqui: quæ præterquam quod sicca sunt, gustu etiam acida sentiuntur, & adstringentia. Quæ quidem in re Brassavolus porius (pace sua dixerim) planè hallucinatus, & à recto veritatis tramite lapsus deprehenditur, quandoquidem non meminere, quod nō solum pruna Damascena sicca, sed etiam alia quàm plurima simplicia medicamēta dejectoria simul & adstringentia.

Galenī
tutela cō-
tra Brassa-
volum.

adstringentem vim obtinent, ut manifesto testimonio sunt tamarindi, & myrobalanorū omne genus: item rhabarbarum, & alia pleraque, quæ præter id quod primum alvum deiciant, postea illam adstrictam relinquunt. Quam sanè prunorum facultatem etsi Brasavolus non perpenderit, Galenus tamen optimè novit, & expertus est. Idcirco cum loco citato pruna Damascena sicca alvum cedere tradiderit, eadem etiam adstrictoria vi pollere, lib. 2. de alim. facultat. his verbis attestatur: Prunis aquæ ac ficibus concessum est, ut vel exiccat a utilia permaneant. Damascenis à Damasco Syria monte, in quo nascuntur, appellatis, prima laus bonitatis magna hominum opinione defertur: proxima iis, quæ in Iberia, & Hispania proveniunt. Verùm hæc quidem nihil adstrictionis præ se ferunt: nonnulla verò Damascenorum vel plurimum. Probatissima in his sunt, quæ cum mediocri adstrictione, magna laxa, sunt. At parva, dura, acerbæ, & in cibo prava sunt, & ventri subducendo minus idonea: hæc Galenus. Ex cuius verbis satis constare arbitror, nulla fere ratione, nec nisi invalidis admodum argumentis Brasavolum adductum fuisse, ut hac in re Galenum ipsum accusaret, quasi Galenus omnino ignoraverit, quam sapores, quam odores, quam cetera denique non fructuum modò, sed & omnium fere simplicium medicamentorum qualitates naturam & facultatem sortitæ essent. De quibus omnibus adeò doctè, & copiosè disputavit, ut parem nunquam repererit neminem, ut omnibus perspicuum est ex ejus primis quinque libris, quos de simplicium medicamentorum facultatibus accuratissimè conscripsit. Huic sententiæ aquæ & rationibus accedit quoque communis medicorum experientia: nempe quod compertum sit, pruna Damascena laudatissima iis similia, quæ Galeno præferuntur, esu ventrem solvere non inefficaciter, adstricta alvo postmodum relicta, tamarindorum, & myrobalanorum modo. Sic igitur Galenum à Brasavoli reprehensione servasse volumus. Sed si Dioscoridem quoque tueri velimus, nil aliud dicendū putaverim, quàm quod pruna Damascena siccat a alvum adstringere tradiderit, ut referuntur ad alia, quæ minus adstringunt: non tamen, quod voluerit, ea esse dejectoria facultatis expertia. Porro pruna bilem deiciunt: proinde ea utiliter usurpant medici ad febres, aliosq; biliosos affectus: quin & seplasticis expectantur, quippe qui ex iis quotannis electaria, intinctus, liquoresq; varios parare consueverint, quibus non modo sani gustu non ingrato delectantur, sed etiam qui languent, refocillantur. Habetur & in Aegypto prunus (ut Theophr. est auctor lib. 4. cap. 3. de plant. hist.) insignis magnitudinis, fructum ferens natura & magnitudine mespilis proximum, nisi quod rotundum nucleum habet. Florere incipit mense Julio, fructum circa brumam perficit, nec folia dimittit. Qui circa agrum Thebanum habitant, propter arboris copiam fructum siccant, & osse exempto tunt lunt, ossaq; faciunt: hæc Theophrastus. Pruna quæ dulcia sunt, minus frigida natura possident, contra verò acida, & austera: atque omnia frigida, & humida sunt. Palma datur (ut Galenus inquit) Damascenis, quæ sicca ex Syria Venetias importantur. Secundas tenent in Germania, quæ ex Pannonia, & Transylvania convehuntur: in quorum genere, quæ minuscule sunt, majorem cum palato ineunt gratiam, in vino decocta, & saccharo aspersa. Hoc enim modo parata, & primis mensis devorata, præter id quod esui placent, commodissime alvum citant: nihil enim adstrictionis habent, sed dulcia sunt. Habetur & SYLVESTRIS prunus, in dumetis, sepibus & sylvis crescens. Pumila est arbuscula fruticosa, & ubiq; aculeata, folio sativa pruni, verum longè angustiore, duriore, asperioreq;. Vere flores floribus

Prunorū
usus.Prunus
Ægyptia.Prunorū
facultas.Pruni
sylvestris
confid.

III. PRUNUS SYLVESTRIS.

PRUNUS SYLVESTRIS
florens.

albis numerosisque, è quibus bacca proveniunt magnitudine uvæ acinis aequales, colore in purpura nigricante, viridi intus pulpa, austero, & adstringenti admodū gustu, in quo osciculū includitur cerasorū simile. Tota planta exiccanti & adstringenti facultate præstat, quæa. modū & bacca. Bacca coeliacis & dysentericis utiliter devorantur. Eadē cū arbuscula radicibus ex aqua, vel vino austero decocta, sanāt oris, lingua & gingivarū ulcera, & fluxiones, quinetiā columella & faucium ulcera.

T

ulcera

IV. PRUNUS SEBESTENA.



Sebesten
confide-
ratio &
historia.

Viscum e
Sebeste-
nis para-
tur.

Sebesten
facultas.
Fuchsi
opin. re-
probata.

Sebesten
dos.
Fuchsi
repre-
henditur.

Zizypho-
rum con-
sideratio.

ulcera, tum collutione, tum gargarizato earum decocto. Quā-
obrem non parum recreantur hoc medicamento, qui hydar-
gyro peruncti, oris ulceribus, & fluxione laborant, & praesertim
addito lycio, alumine, & Rhodomelle. Idem decoctum in desef-
sionibus auxiliatur foeminis uteri fluxionibus obnoxiiis. Aqua e
floribus distillata hausta, intestinorum vermes interficit, ocu-
lorumq; fluxiones cohibet. Non dissident effigie a pruno,
nec dissimili admodum sunt facultate fructus ii, quos offi-
cina Arabes secuta SEBESTENA nominant, quib; Gra-
ecis Myxa, & Myxaria vocantur. Quod etsi Dioscorides, &
Galenus horum suis monumentis non meminerint, de iis ta-
men a posterioribus Graecis, nempe Paulo, Aetio, Psello, & Actua-
rio frequens facta fuit mentio. Arbores feri in Italia ce-
perunt Plinii aetate: nunc vero nulli ibi in hortis aut virida-
riis (quod sciam) virent. Planta ramum unum cum fructu mi-
sit ad me praclariss. Medicus Gabriel Faloppius Marticensis,
vir quidem, ut doctrina & facundia praecellens, ita humani-
tate, & liberalitate illustris. Est itaq; arbor Sebestenis pruno
non admodum dissimilis, ei tamen magnitudine cedens. Fo-
lius comatur pruno rotundioribus ac firmitioribus, floribus al-
bicantibus, racematim prodeuntibus, e quibus fructus oriun-
tur prunis parvis similes, calyculo quodam ut glandes, ima-
parte colligati, osse intus triquetro, qui satis bacca proportio-
ne correspondet, in quo nucleus. Si maturitatem adepti, in
atrum virescant, gustu sumi praedulci, ac lenta tenaciq; pulpa.
Ex qua Syri, & Aegyptii, apud quos proveniunt, unde ad nos
conferuntur, viscum ad aucupia consuevit, quod Venetiis Ale-
xandrinum appellant, aucupii commodissimum: Argumen-
to sunt nuclei, qui in eo reperiuntur, color & dulcedo, qua gu-
statu deprehenditur. Emolliunt, sitim sedant, & alvum citant,
Pollent autem dejectoria facultate, non secus atque pruna,
tam Graecorum, quam Arabum testimonio: id quod etiam

comprobat quotidiana Medicorum experientia. Tamen si contrarium senserit Fuchsius: quippe qui in suis paradoxis ca-
pite 27. ut fortasse in Arabes inveheretur, quos ubiq; sepe odisse videtur, nullam Sebestenis dejectoriam esse facultatem
contendit, quin potius ea adstrictoria vi pollere. Sed longe dissentit ab eo opinio nostra, & vulgata, comprobataq; continua
medicorum experientia. Quandoquidem quod Sebestena assumpta in medicamentis alvum citant, testis in primis est Pau-
lus Aegineta, qui lib. 7. de in verba faciens sic inquit: Myxa arboris fructus est, minor quidem prunis, facultate vero confi-
milis. Ex quibus Pauli verbis elicitur, quod ita ventrem molliant Sebestena, quemadmodum pruna: de quibus idem disse-
rens eodem libro Galenum secutus: Pruni fructus, inquit, ventrem subducit, recens quidem magnus, aridus vero minus. Neg,
hujus rei nescius Actuarius hac pluribus comiscet medicamentis, qua bilem ejiciunt, ut videre est suo de compositione
medicamentorum compendio. Eorum insuper deicienda alvi facultatem maxime comprobatur vulgari experientia, claris-
simum omnium lumen. Siquidem (ut jam millies expertus sum) eorum pulpa drachmarum decem pondere devorata, aut
ad summum duodecim, eosdem sepe praebebat effectus, quos Aegyptia siliqua cassia vocata. His ergo rationibus, & auctorita-
tibus adducor, ut illam quoq; Fuchsi opinionem minus probem, quae est, quod electuarium de Sebesten officinis dictum ven-
trem deiciat, non Sebestenorum facultate, sed aliorum simplicium medicamentorum dejectoria vi praedictorum, quae in
adduntur: nam si id per se praestant, ut ostendimus, idem etiam alii admista praestabant. Quare, ut ingenuè dicam quod
sentio, non Fuchsi tantum, quem aliquando semper admiratus sum, ut virum doctissimum, & de medicina amplissime
meritum: sed plerique alii, nunquam adeo Graeci addicti esse deberent, ut prorsus à Mauritanica familia desistentes, non-
nunquam & rationes, & experimenta firma nostrae artus & veritatis praesidia, cogantur deserere. Sed ut eò nostra rever-
tatur oratio unde diverterat, dicimus auctoritatibus & experientia freti, Sebestena dejectoriam vim habere. Quocirca
bacca à cortice purgata utiliter dantur ex slava bile febricitantibus, atq; (ut auctores sunt Paulus, Aetius, Psellus & Actua-
rius) lingua asperitatem mirificè leniunt: quin & pectori, atque tussi & lateris dolore affectus opitulatur: ventris
tineas pellunt: urina ardoribus à bile, vel salsa pituita provenientibus maximam opem praestant: devorata triginta, aut
quadragesima, ex jure carniū macerata prima statim mensa, alvum commodissime citant: praestantiora sunt plena, pin-
guia, & carnosia, quaeq; sitim non redolent, nec tederem senferunt. Caterum quoniam Sebestena nobis ZIZYPHA,
quae officinis Fuchsi dicuntur, in mentem revocant, cum eorum Dioscorides nusquam, quod extet, meminerit, duximus
non fore quidem ab eis ejus historiam & vires diffusius recensere. Arbor itaque est zizyphus pruno paulo humilior, & au-
dice contorta, cortice scabro, viti sepe vniuersa simili. Materie oxyacantha proxima, radicibus firmis, ac solidis. Spinis
ubique sepe riget, longis, laevibus, firmis, acutissimis, colore ex nigro rufescente, quemadmodum & rami, e quibus
juncet quidam processus exeunt, colore pallido, tenues sparti modo, lenti, ac flexiles. Spithama longiores in quibus utrinque
per intervalla folia exeunt, ut in straxino, & sorbo, impari tamen exortu oblonga, non magna, firma, ut in clemati-
de, quam vincam pervincam vocant, & sensim per ambitum serrata. Flores à foliorum exortu nascuntur pallidi, ac
muscosi, e quibus baccae exoruntur olivarum instar, primum virides, deinde subalbicantes, posthac aureo colore, &
cum ad ultimam venerint maturitatem rufescentes, in quibus nucleus osseus concluditur oliva similis. Pulpa ante
maturitatem sunt viridi, austriusculo sapore referta, at in pramaturis, dulcis evadit, & gustui non ingrata. Quo-
fit ut zizypha in humiditate, & caliditate temperata habeantur. Seruntur in hortis & viridariis. Galenus, qui (ut non-
nulli censent) ea Serica vocat, de eorum viribus libro secundo de alimentorum facultatibus sic habet: Ne his quidem, quid
ad tuendam sanitatem, morbosve profigandos valeant, testis esse possum. Nam ab insolentibus, ac effrenatis pueris, & mu-
lieribus cibo duntaxat expetuntur. Exiguū praebent alimentū, difficile concoquuntur, ideo stomacho non sunt utilia. Ean-
dem sen-

V. ZIZYPHA.



dem sententiam ex ipso Galeno sumptam reddidit Avicenna, cui tantum illud addidit, quod ea ad pectoris, atq; pulmonis vitia conferant, & quod quidam (ut ferunt) cum maxime renum, tum etiam vesicae affectibus prodesse censeant. Verum quoniam (ut diximus) scribit Galenus, nullam se adinvenisse in Sericis facultatem ad corporum affectus curandos, hinc capta occasione Fuchsius iterum digladiatur, honesto quidem studio, non modo cum Avicenna, sed etiam cum ceteris Arabicae familiae auctoribus, asserens id omne, quod de zizyphis Arabes suis monumentis commendarunt, omnino falsum esse, & a veritate alienum. In quo tamen si vitium aliquod Mauritanis adscribendum est, illud quoque Gracis posterioribus adscribendum erit. Quandoquidem constat, Actuarium & Gracum, & medicum peritissimum, suo de compositione medicamentorum volumine, zizypha ad pectoris vitia compositis medicamentis compluribus admiscere, ubi scilicet ex calidorum humorum redundantia morbus emergerit, item eandem in his usurpare, quabilem deijciunt. Quod & Nicolaum Alexandrinum in suis compositis medicis persaepe fecisse comperio. Ideoque nil mirum si ad hac omnia praestare zizypha tradiderit Avicenna: namque, suo lentore, ac sua, quae aegre permeant, crassitie (ut rei veritas adstruit) sanguinem crassum reddunt, qui flava bilis redundantia tenuior, quam par sit, redditur. Cum itaque, tradat Avicenna, zizypha & pectori, & pulmone prodesse, non temere quidem eum locutum esse crediderim (ut fortasse aliqui putant) sed illud ea ratione scripsisse, ut in morbis tantum calidis, & acutis intelligendum esset, in quibus medici utiliter zizyphis uti possint & debeant. Id quod ejus verba aperte indicant, cum dicat, quod sanguinem incrassant. Neque enim erat Avicenna adeo ignarus, ut datis jam praemissis nesciret subinde conclusionem inferre. Sed certe pulchrum, atque tutum esse judico, quod quandoque cum mortuis luctemur.

Avicenna
defensio
contra
Fuchsiu.

Et quoniam (ut saepe antea polliciti sumus) nulli medicorum secta, nec huic magis, quam illi noster animus erit additus, sed veritati propaganda, addam ex praedictis rationibus cum Avicenna, eos meo quidem iudicio labi, ac falli, qui zizyphis sanguinem expurgari, ac abstergi contendunt, quique ea iis commiscunt medicamentis, quae pectoris affectibus frigiditate obortis parari solent, ut recentiorum nonnulli, qui zizyphis nulla eorum habita ratione ad quodvis pectoris vitium indifferenter utuntur, & plerumque cum maximo agrotantium discrimine. Caterum an Galeno Serica zizypha sint, dubitandum sane fuerit, cum aliud Plinio fuisse reperiatur lib. 15. cap. 14. ubi sic habet: Aequae peregrinae sunt zizypha & tuberes, quae & ipsa non pridem venerunt in Italiam. Hac ex Africa, illa ex Syria, Sextus Papinius, quem consulem vidimus, prius utique, attulit, divi Augusti novissimis temporibus in castrorum aggeribus sata, bacis similiora, quam malis: sed aggeribus praecipue decora, quoniam & recta jam sylva scandunt. Tuberum duo genera, candidum a colore Sericum dictum. Et lib. 16. cap. 25. Ab amygdala, inquit, proximè florent armeniaca, deinde tuberes, & praecoces: illa peregrina, haec coacta. Item lib. 17. cap. 10. Et zizypha ait, grano feruntur mense Aprili. Tuberis melius inseruntur in pruno sylvestri, & malo cotoneae, & in calabrice, ea est spina sylvestris: haec Plinius. Columella tamen tuberum nusquam, quod legerim, meminit, sed zizyphorum lib. 9. c. 4. duo tradidit genera, quod harum floribus maxime delectentur apes, nempe rutilum, & album. Quo fit, ut suspicandum sit, Plinii codicem hoc in loco depravatum esse. Illud suspicionem auxit, quod inter Arabes Avicenna, & inter Gracos recentiores Simeon Sethi, duas zizyphi species scriptis mandaverint, & quod tamen in Plinio una tantum legatur zizyphus. Verum cum Actuario, Nicolao Myrepsico, & Simeoni Sethi *ῥίζα*, *ῥίζα*, & *ῥίζα* (tot enim modis scripta inveniuntur) ea esse videantur, quae Galeno serica, eademque, Avicenna, Serapioni, aliisque pluribus Mauritanis, mihi quidem statuendum videtur, Galeno serica non aliud designare, quam zizypha. Ex his praeterea omnibus maximum esse argumentum crediderim, in Plinio hic subesse mendam, & illi de zizyphis id adscribendum esse, quod de tuberibus depravate fortasse legitur. Leguntur zizypha ad calcem Septembris in Autumno, una cum junceis ramusculis, & in manipulos colligata, laquearibus suspenduntur, prius diebus aliquot insolata: postremo decerpuntur, & asservantur in capsulis, ad medicos usus. Sunt etiam qui decerpta & super cratibus, aut tegetibus strata tam diu insolant, quousque rugosa fiant. Prunus, Graece *κωνιάδα*: Fructus pruni, qui *κωνιάδα* Graecis, Pruna Latinis appellantur: Arabibus, Anas, Avas, seu Agias: Italis, arbor Pruno Susino: fructus Prune, & Succine, & Susine: Germanis, Praumen, Pflaumen, & Kriechen: Hispanis, Prunas, Andrinias, & Amexcas: Gallis, arbor Prunier, fructus Prune, Prunus sylvestris, Graecis *κωνιάδα* αργία: Fructus Italis, pignuolo salvatice: Germanis, & Schlehdorn arbor: fructus Schleen: Bohemis, Truki. Fructus vero, qui Graecis recentioribus *μύξα*, *μύξα*, & *μύξα*: Latinis similiter Myxa, & Myxaria, atque, etiam Sebestena Mauritanorum imitatione dicuntur: Arabibus, Sebesten, Motheica, Mukeita, & Mokaita: Vulgo & officinis, Sebesten: Gallis, Sebeste. Fructus praeterea, qui item recentioribus Graecis *ῥίζα* & *ῥίζα*, & Galeno *ῥίζα*, Latinis zizypha vocantur: Arabibus, Hunen, Zufalzef, seu Hanab: Officinis, Fjnjuba: Italis, Giuggiole: Germanis, Rot Brustbeerle: Hispanis, Azufecifa: Gallis, Fjnjubes: Bohemis, Fjujuba.

Plinii Zi-
zypha &
Tuberes.

Zizypho-
rum duo
genera.

Nomina.

Prunorum ingens turba est, ut habet Plinius: differunt verò haec magnitudine, figura, colore & sapore: sic quibusdam caro siccior, facile ab offe separabilis, aliis humidior & pertinacius adhæret: praecipua laus tribuitur Damascenis, quae Brabylla Theocriti censentur. Habentur nunc & suavissimi gustus, quae exempto nucleo siccata ex Galliis advehuntur Prunorum de Prunioles nomine. II. Addita est figura

T 2

altera

Pruna ce- altera Prunorum, quæ Pruna cerea & cereola dicuntur, quia ex candido in luteū palleſcunt. Elegantiſſi-
rea. ma etiam ſunt Amygdalina, quæ Coccimelea videntur eſſe apud Theophrastum: recentiores pruna ha-
Prunus bent quæ Myrobalana cognominantur. III. Prunus ſylveſtris, cui hoc peculiare, quod ſi deſtoreſcen-
Sylv. tem imbres contigerint, fructus in oblongum & inane corpus convertitur, quod Itali Turcas vocant.
Prun. Se- Carne huius, vel ſucco expreſſo pro Acacia utuntur. IV. Prunus Sebeſten, alia ſativa, alia ſylveſtris, au-
beſten. tore Alpino. Sativa, dicitur Sebeſten Trag. Lac. Mixa, Dod. Lon. Mixæ vel Sebaſtæ, Cord. hiſt. Prunus
Zizypha. Sebeſtena, Lugd. V. Zizypha: duplex eſt, rutila & alba: rutila, ſativa & ſylveſtris, ut rectè Anguillara:
 Sativa, ratione fructus duplex, maior & minor. Zizyphus rutila ſativa maior, ſunt Jujubæ Arabum &
 officinarum, quæ Jujube & Zizypha recentioribus dicuntur, & referre oportet ad Lotum Athenæi, Ho-
 meri & Polybii, & Paliurum Africanam Theophrasti. Zizyphus verò rutila ſativa minor, ea eſt quam
 Cordus Jujubas minores & Tuberes Plinii vocat: hæ à prioribus differunt, quod colore, nitore, carne
 molli, lentore, ſapore & nucleo majores quidem imitantur, ſed minores ſunt, nec oblongæ, ſed rotundæ
 (hæ fortè ad Paliurum alteram Theophrasti, dum fructu dicit rotundo, referri poſſunt) atq; ſimiliter
Zizypha flaccidæ. At Zizyphus rutila ſylveſtris, Jujuba ſylveſtris & Paliurus ſecunda Theophrasti, & rectè, An-
Syl. guillarae dicitur: hæc in agro Veronenſi provenit, ſpinis valde horrida, unde eam habemus.

Κόμαρος,

ARBUTUS.

CAP. CXXXVIII.

Arbutus, ſive unedo, arbor eſt cotoneæ malo non diſſimilis, tenui a [folio: Jcujus fructus pruni ma-
 gnitudinem implet, nullo intus nucleo, huic memæcylo cognomen eſt. Maturus aut b flavet, aut ru- 20
 beſcit: in eſu acerofus, ſtomacho adverſatur, capitiſque dolorem movet.

Arbutus in Hetruria frequentiffima provenit, ubi vel per hyemem perpetuis viſcit frondibus. Hæc eſt Dioſcoridi red-
 datur malo cotoneæ adſimilis, magis tamen putaverim ab eo arboris proceritatem repræſentari cotoneæ, quam ſolia,
 & caudicis corticem. Vel depravatus ſort aſſe (ut magis ſuſpicio) eſt hoc in loco Dioſcoridi codex: quandoquidem Serapio
 Dioſcoridi ipſius teſtimonio, Arbutum non deſcribit in univerſum cotoneæ malo ſimilem, ſed eam tantum proferre ſolia
 malo cotoneæ minora: nec ſcribit tenuia habere ſolia ut vulgata habet Dioſcoridi lectio: ſiquidem, ut palam eſt, Arbutus
 ſolia inſunt laurinis, & iligneis craſſiora. Meminit Arbuti Theophrastus lib. 3 cap. 16. de plant. hiſt. ſic inquit: Arbutus,
 quæ pomum cibo idoneum ſerat, magnitudine non nimium præſtat: corticem tenuem, & amariſſimum ſimilem habet, ſoliū inter
 ilicem, & laurum: ſtoret menſe Julio. Flores ſingulari appendice parte poſtremam racematim coherere ſpecie quinque, myrto 30
 oblongo ſimilis, & magnitudine tantus: non ſoliatus, concavus, tanquam ovum exalptum, ore aperto: cum autem deſto-
 ruerit, retinaculum perforatur, quodq; deſtoruerit tennē ſicut verticillus circa ſuſum. Fructus anno integro matureſcit, ut
 ſimul hunc haberi, atq; alterum ſtore ſponderi contingat: hæc tennē Theophrastus. Quæ in Hetruria naſcitur ſolia proferit laurinis,
 iligneisve ſimilia, breviora tamen paulo craſſioraq; colore potius pallido, quam viridi, in ambitu ubiq; ſerrata, rubra per
 medium excurrente coſta. Caudex cortice veſtitur ſubrubro, baud craſſo, tamen aſpero, ſquamæ ſq; a quo rami prodeunt
 rubentiores, ac leviores. Floret menſibus Julio & Auguſto,
 floribus candidis parvis, lilii convall. vocati ſigura, racema-
 tim dependentibus. E quibus fructus gignuntur rotundi ſor-
 borum ſerè magnitudine: qui primo exortu virent, deinde
 flaveſcunt, maturi verò rubent aſpero tactu, nullo intus oſi- 40
 culo fragorum modo, quorum etiam effigiem referunt. Sapor
 hiſ inſipidus ſimul & auſterus: quinetiam dum eduntur, lin-
 guam, & palatum ſtimulant acerofa quadam ſubſtantia,
 qua exterius conteguntur, ita ut planè acerofi videantur: in-
 tegro anno matureſcunt: naſcitur in collib. & ſylvofiſ vallibus.
 Hiſ maxime delectantur turdi, & merula, quo ſit, ut hyeme,
 quo tempore ipſa poma maturit atē ſentiunt, ejuſmodi aves
 inibi laqueis, retibus, alijsq; aucupii generib. facile capiantur.
 Arboris ſolia coriarii ad ſpiſſanda coria expetuntur. Sunt qui
 credant, arbutum maximam opem præſtare adverſus peſtem:
 quamobrem aquam, quæ ex ſolijs extracta ſit, admiſto oſſe in
 cervi corde reperto, ubi ſtatim morbus invaſit, magno (ut ipſi
 ajunt) juvamento agrotantibus exhibent. In ſumma, ubi ad-
 ſtringere & roborare opus eſt, Arbutus eximie præſtat. Arbuti
 meminit Gal. lib. 7. ſimp. med. ubi paucis inquit: arbutus arbor
 ipſa qualitate acerba una cum fructu eſt, eum memecylum
 nuncupant. Eſt autem hic & inſenſus ſtomacho, & capiti
 dolorem inferens. Huius arboris nomen Græcum eſt νεμεκύλον
 Latinum, Arbutus ſive Unedo: Arabicum, Hatiladib: Itali-
 cum, Albatro: Hiſpanis, Madronbo, aut Madromethro: Gallis, 60
 Arbaufier.

ARBUTUS.

Arbuti-
sus, & vi-
res Mat-
thioli.

Nomina.

Arbutus variat, quod alibi vaſtæ magnitudinis ſit
 arbor, Bellonio in obſerv. monente: alibi tantum
 fruticet: modica in fructu differentia, quidam parvi
 mali amplitudine, rubore magis nigricante, qui ſua-
 vior eſt: quidā avellanæ magnitudine flavior & aſ-
 perior. Fructus, Arbutus Vergilio, Fraga montana
 Ovidio, Memecylon Dioſc. Theophrasto, Galeno.

Unedo Plinio. At arbor Comaros Dioſcoridi, recentioribus Arbutus dicitur.

Αμύγδαλα

αμυγδαλαί.

AMYGDALÆ.

CAP. CXXXIX.

A Mygdalæ amaræ radicem tritarum decoctum vitia cutis in facie corrigit. Illitæ nûces idem munus præstant: menses admotæ ciunt: capitis dolori auxiliantur, illitæ fronti, aut temporibus cum aceto, vel rosaceo: epinyctidas sanant ex vino: item putrescentia ulcera, & quæ serpunt, & morsus canum cum melle. Earum autem esu dolores finiuntur, alvum emolliunt, somnum faciunt, urinam cient: contra sanguinis rejectiones cum amylo, † & mentha assumuntur: renû vitiiis, & pulmonum inflammationibus b
[ex aqua in potu, aut eclegmate cum resina therebinthina dantur: calculosis, difficilique urinæ in passo
10 auxiliantur: & illinctu cum melle, & lacte hepaticis, tussi, & inflationibus coli, & nucis avellanæ magnitudine: quinis, septenisve præsumptis, ebrietatem non sentiunt potiores. Vulpes si cum quadam esca eas voraverint, emoriuntur. Gummi enim calfacit, & adstringit: rejicientibus sanguinem, potum auxilio est: impetigines, quæ summum corpus occupant, illitum cum aceto tollit: tussi vetustæ cum diluto vino potum medetur: calculosis cum passo bibere prodest. E nucibus Græcis, dulces cibo idoneæ, sed multò minus valent in remediis, quàm amaræ: attamen extenuant, urinam ciunt. Recentium seu cum suo putamine, humida stomachi vitia emendantur.]

A Mygdalæ tam dulces, quàm amare fructus sunt ubiq, vulgè notissimi. Differunt tamen inter se: nam amara majore
20 excalfaciendi, exiccandi, facultate prædita sunt, quàm dulces: quo fit, ut etiam dulcibus longè præferantur ad crassos, pituitososq, humores expectorandos. Arbor est Amygdalus, spectata satis proceritatis, caudice crasso, raro tamen, recto, cortice aspero, paucis radicibus, siquidem plurimum singulari nititur radice, robusta, grandi, altè descendente. Folia habet persico per omnia similia, quæ quoq, tota amulatur planta, nam & flores in amygdalo spectantur, quales in Persico, nisi hujus saturatori purpura rubescerent. Floret vere inchoante. Noces edit cordis figura, quæ antequam obdurescant, integra cum putamine comeduntur, & præsertim ab utero gerentibus, sunt enim gustui non ingrata. Duplici conteguntur putamine, quemadmodum juglandes: sunt alia majores, alia minores. Leguntur Augusto mense ad finem æstatis, cum extrema earum tunica debescit. Tractu gaudent calidiore, quo fit ut in Apulia, Siciliaq, optimæ, copiosissimæq, proveniant. Galenus dulces paucis perstringens li. ii. de alimentorû facultatibus sic inquit: Amygdalæ nihil prorsus adstrictoria facultatis sortitæ sunt: sola enim extenuandi, atq, abstergendi vi polent: quæ tum viscera purgant, tum humorum è pulmone, ac thorace excreatus molliuntur, ac promouent. Dulces impinguant, lateris dolores, ac tussim sedant, & præsertim earum
30 cremor. Oleum ab iis expressum mulcet intrinsecos dolores omnes, intestinorum præsertim, uteri ac renum, si calidum sex unciarum pondere bibatur, est enim certum auxilium. Et de utroq, Amygdalarum genere differens lib. 6. simplicium medicamentorum, primò amaras, deinde dulces prosequitur, his verbis: Amygdalæ, quæ quidem palam amara sunt, omnino extenuandi vim possident: quod & qualitas ipsa indicat, & experientia comprobatur. Ac de amara quidem qualitate in quarto horum commentariorum proditum est. Caterum duo experientia exempla proponi satis est, unde vim eorum possis discernere. Siquidem ephelimi expurgant, & excretionibus expectore pulmoneq, crassorum lentorumq, humorum impendio conferunt. Porro hæc ostensa sunt genere quidem incidentis, specie verò extergentis esse facultatis. Quin & quod per accidens facultatem item habeant ab obstructione liberandi, & ipsum supra demonstratum est, sed & experientia monstrat: nam in jecore crassorum, viscosorumque humorum in extremis vasis impactorum obstructiones abundè expurgant, expediuntq. Quin & laterum dolores ab ejusmodi causa natos, & lienis, & coli, & renum sanant. Porro & ipsa arbor universa similem sortita vim est: nam hujus radices coctæ, atque illitæ ephelias purgant. Quotquot verò sunt amygdalæ dulcia, & ipsa leviculam amaritudinem possident, quæ tamen dulcedine superante occultatur: ceterum id temporis spatio clarum fit. Demonstratum autem retrò est, qualitatem dulcem moderatè esse calidam: hæcenus Galenus. Amygdalæ, ut Theophrastus, & Plinius prodidere, ex amaris dulces fiunt, si circumosso stipite, & ab ima parte circumferato, defluens undique humor abstergetur. Et contrà, dulces amarescunt, si primo germinatu tenellæ arbores à pecore decacuminentur. Amygdalæ (ut etiam tradidit Galenus) non multum suppediant alimenti: quanquam eis plerique utuntur, & ad roborandam venerem, & ad reficiendas vires. Amara gallinas, & gallinaceos necant, si ab iis devotentur. Eadem contrita, & fronti, temporibusq, illitæ, capitis dolorem mulcent, & somnum conciliant, & præsertim, si aqua Verbenacæ excipiantur. Hæc ut Græci αμυγδαλαί, ita etiam Latini Amygdalæ
vocitantur: Arabibus, Fauz, Kauz, seu Lauzi: Italis, Mando-
le: Germanis, Mandelstern: Hispanis, Almendras: Gallis, Amèdes: Bohemis, Mandly.

a Catac.
sui à μύλη
ἀμυγδαλῶν
τῶν ἰ. cum
amylo
albiſſimo
b Conclu-
ſa Orib.
nō legit.
c Meum
& Drag.
xagis
simplici-
ter.

Amyg-
dalarum
confide-
ratio.
Amyg-
dalæ, hñt.

Amyg-
dalarum
vires ex
Gal.

Amyg-
dalarum
atnaratū
facultas.

Amaræ
amygda-
læ quo
passo fiat
dulces.

Nomisq;



† In vulgatis Græcis exemplaribus hîc non legitur αμυγδαλαί, id est, & mentha. Verùm dictionem hanc vertit Marcellus ex antiquis codicibus, quos habuisse testatur: eam quoq, & Oribasius, & Serapio ex Dioscoride transcribunt. Quæ ut veræ Dioscoridis lectioni adstipulantur, ita hoc loco mentham addendam esse putavimus.

T 3

Amygdalæ

Amygdalus ipsa arbor dicitur, at fructus Amygdala & Amygdalum, Catoni Nux Græca ob osseum eorum corticem, antiqui inter nuces reposuere. Sunt autem dulces & amaræ, & hæ arte dulces fiunt: sic majores sunt (pruno enim si inferantur grandiores fiunt & lanugine carent, quæ maximè laudantur) & minores, triplo namq; minores aliis ex Asia adferuntur, amaræ & dulces: sunt nuces plerunq; oblongæ, reperiuntur tamen & rotundæ. Addere oportet Amygdalopersicum nunc in Asia frequentem, cujus osseus cortex persici instar rugosus, & nucleus persicum olet, grati saporis, forte persico primò insita.

Pistacia.

PISTACIA.

CAP. CXL.

Pistacia, quæ constat in Syria gigni, pineis nucibus similia sunt, & stomacho amica. Trita cum vino ¹⁰ contra serpentium ictus profunt, sive edantur, sive bibantur.

I. PISTACIA.

II. STAPHYLODENDRON.



Pistacio-
rum con-
sideratio
& histo-
ria.

Terebin-
thus la-
dica The-
ophrasti.

Pistacia, quorum est communis in officinis usus, ex Persia, Arabia, & Syria Venetias importari solent. Quæ & Syria (ut Plinius auctor est) Lucius Vitellius censor in Italiam primus intulit, cum legatus in ea provincia fuisset, novissimis Tyberii Caesaris temporibus. Horum arbores Venetis, Caleta, Neapoli, & in aliis Italia locis vidimus. Tota arbor Terebintho similis est, foliis colore ex viridi in luteum inclinante, Terebinthi modo, & ramusculis utrinq; emergentibus. Nuces racemariim prodeunt ex ramorum extremitatibus, rufa exterius tunica & odorata: albo sunt putamine, facie unguentaria glandi simili: internus nucleus cuticula contegitur rufa: atqui medulla virescit, sapore pineæ nuci proximo, sed odor atiore, ac gratiore. Quo fit, ut legitimam Indicam Theop. Terebinthum, Pistaciam arborem nulla dubitatione esse censeat, ut superius de Terebintho ageres latius diximus. Etenim nota tam perspicua sunt, ut id negare nemo cum ratione possit. His accedit Athenæi testimonium. Quippe qui l. 14. c. 20. Dipnosoph. Nicander Colophonius, inquit, in Theriacis Pistaciorum meminit, sic inquit: Pistacia a similia truncos onerare videbis prorsus Amygdalinis. Meminit de his & Posidonius Stoicus lib. hist. 3. his verbis. Ipsum fert Persia, Arabia & Syria, ac Pistacium vocant: fructus racematus est, albo cortice, ac longus lachrymisq; similis, atq; uvarum modo vicissim coheret. Quæ interius sunt, virent, minusq; boni habent succum quam nux Pineæ, at melioris sunt odoris: Fratres vero, qui Georgica conscripserunt, hæc inquit, & Fraxinum & Terebinthum quæ Syri nunc Pistacia vocant: atq; hi per Pistacia dixerunt, cum tamen Nicander aspiraverit, dixeritq; pistacia: hæc enim Athenæus. Excalescunt & humectant, impingunt, roborant, aperiunt, non tamen valde nutriunt. Hæc (ut libr. 2. de alimentorum facultatibus scriptum reliquit Galenus) parum præbent alimentum, tamen si infarctas humore jecinoris vias expellant, & à vitio liberent. Porro an stomacho noxia sint, an utilia, an alvum molliant, an adstringant, nullum hujus rei certum habere testimonium scribit Galenus. Cujus sententia refragatur Avicenna, qui cum palam, & nominatim Galenum refellere noller, libro secundo hæc dicendi ratione utitur, his ferè verbis: Inquit quidam, non invenio, quod Pistacia stomacho profint, aut sanè officiant: ego autem dico, quod nauseam discutunt, & ventriculi os roborant. Argumento est subamara, subausteraq; qualitas, quæ gustu mihi deprehenditur. Hæc igitur ratione freti medicorum nonnulli, non modo ad jecinoris infarctum Galenum secuti pistacia exhibent, sed ad jecur ipsum, ventriculumq; roborandum, ea tam cibus, quam medicamentis immiscet: quin & ad conciliandam venerem, & ad pinguedinem inducendam, macie & marasmo affectis commendant. Stomacho amica sunt devorata, aut ex vino pota. Profunt contra serpentium morsus, Tabidos & suppuratos juvat. Quibus-

Quibusdam in locis pistaciorum sylvestrium nomine appellantur cuiusdam arboris fructus, quam Plinius libro, & cap. 16. STAPHYLODENDRON nominat, et si à pistaciis effigie, & sapore plurimum dissideant. Lanta hac humilis est, folio sambuci, materie admodum imbecilli: floribus albicantibus racematim dependentibus, quemadmodum & fructus: qui quibusdam in folliculis provenit, rufo colore, ciceris ferè effigie, major tamen in quo subvivens nucleus includitur, sapore dulcis, sed nauseam commovens. Provenit in sylvis & frutetis. Neminè habeo, qui de horum viribus & facultatibus scripserit: verum cum nauseam moveant si copiose edantur, vomitiones eadem movere posse non dubitamus. Sapore pistacii similes sunt Pinei nuclei, qui in strobilis includuntur. Hi enim (ut loco citato tradidit Galenus) corpus alunt, bonum procreant succum sed crassum, tamen si egre concoquantur. Verum si Avicenna etiam credimus, digerunt, leniunt, resolvunt, ac impinguant. Pro sunt præterea pulmonum vitis, purulenta excreantibus, & rufi molestati: sed priusquam edantur, aqua calida maccare eos oportet, alioquin ventriculum ledunt. Semen augent, & venerem excitant. Renes & vesicam non modo expurgant, sed etiam roborant, eorumque ulcera prohibent: urina stillicidio opem mirifice præstant. Quam ob causam strobilini nuclei apud recentiores medicos in frequentissimo habentur usu ad hujuscemodi affectus. Quæ nuxes Græcè *νυγάνη*, Latine quoque, Pistacia, & Pistacea appellantur: Arabicè, *Pustech*, aut *Festuch*: Officinis & Barbaris, *Fistici*: Italis, *Pistacchi*: Germanis, *Welsch Bimpernûflein*: Hispanis, *Alhocigo*: Gallis, *Pistaches*: Bohemis, *Pistacya*, *Staphylodendron*, Italis, *Pistaci saluatici*: Gallis, *Pistaches sauvages*: Germanis *Wild Bimpernûflein*.

Staphy-
lodendron
Plinii.Nuclei
pinei vi-
res.

Nomina.

Pistacia peregrina C. B. Terebinthus Indica Theophrasti: recentioribus Pistacia & Pistacium. II. Pistacia Germanica, C. B. & Lon. Nux vesicaria, Trag. Dod. Staphylodendron Plinii. Dod. gal. Gef. hor. Lob. Cæsal. Tab. Cam. Lugd. Arbor uvæ, Anguillaræ. Pistacia sylvestris, Castori. Coulcul & Hebulben Turcarum cum hac convenire, sentit Matthioli in suis epistolis.

Κέρων βασιλινόν.

NUX JUGLANS.

CAP. CXLI.

Nuxes Juglandes, quas nonnulli Persicas vocant, sunt difficiles concoctu, stomacho inutiles, biliosæ, capitis dolorem inferentes, tussientibus inimicæ: vomituris tamen jejunis in cibo aptæ. Cum ruta verò, & caricis præsumptæ, & à summo cibo, venenis resistunt, nec minus si à veneni haustu comedantur: largius esitatur, tinea latas pellunt: illinuntur mammarum inflammationi, abscessibus, luxatisque; cum mellis exiguo, & ruta: cum cæpa autem, sale, & melle, canis hominisque morsui proficiunt: tormina, cum calyce suo perustæ, & umbilico admotæ, sedant. Putamen combustum tritumque, in oleo & vino infantium capite peruncto, nutrit capillum, alopecias replet. Sistunt menses nuclei ulsi, si triti ex vino admoveantur: iidem è veteribus illiti carbunculis, gangrænis, & ægilopiis medentur: alopeciis commanducari & impositi, præsentis sunt remedio. Nucibus tuis oleum exprimitur. Recentes stomacho innocentiores sunt, utpote suaviores: itaque allio mistæ eximunt acrimoniam: livores in corpore illitu tollunt.

I. NUX JUGLANS.



Nuxes Juglandes, quæ in communi sunt usu, itemque arbores, à quibus eduntur, omnibus vulgò notiores sunt. Quam ut à nobis representari debeant, cum nulla arbor Nuce ubique frequentius occurrat. Hæ Latinis Juglandes, quasi Jovis glandes, interlitis literis appellantur. Quo nomine primo mundi ævo eas appellatas esse, plures tradidere auctores. Quippe cum homines primum glandibus tantum diu vixissent, inventa tandem arbore, quæ nuxes ferebat, degustato nucleorum sapore, horumque dulcedine mirum in modum allecti, nuxes Jovis glandes ob excellentiam appellavere. Juglandium arbor prægrandis spectatur, caudice procerò, ac crasso, ramis multis, ingentibus & longè lateque sese diffundentibus, libro vestitur cinereo, crasso, ac rimoso: radicibus nititur prælongis, robustisq; frondibus pluribus utrinque ab eodem pediculo exeuntibus, ut in Fraxino, oblongis, & graviter olentibus. Verè inchoante in ipsa prima germinatione, julos edit, sive paniculas, quæ brevi flaccescentes decidunt: tum super horum pediculo stas emergit herbaceus, totidemque, caliculacea tegumenta, quot flores petiolo contrahuntur, singulisque his singula includuntur nuxes, duplici obductæ munimento, & (ut Plinius inquit) pulvinato calloso primum calyce, mox ligneo putamine. Crispo intus nucleo, quadripartitoque, callosa intercedente membrana. Genera Juglandium plura, quæ cum forma, tum putaminis duritia, fragilitateque dignoscuntur. Præstant oblonga, putamine albicante ac fragili, albo intus nucleo, putamini haud hærente, & gustu dulci. Juglandes aquas odere, montes amant, algoris cupida. Leguntur inchoante autumno, perticis excussæ, & siccantur umbra, exuto exteriori indumento. Proveniunt ubique, in campis & collibus. De iis differens Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, ita scriptum reliquit. Nux arbor tum in foliis, tum in germinibus adstrictionem quandam possidet: cæterum evidentem, multamque in nuci putamine recenti pariter & sicco: proinde eo tinctorum quoque, uti solent. At nos ejus expressi succo similiter, ut mororum, & ruborum in melle decocto, vice stomachici medicaminis utimur, & ad omnia reliqua abhibemus, ad quæ modò dicti succi convenire censentur. Porro nux ipsius id, quod edendo est, oleosum est, & tenue: itaque ob id etiam facile exprimitur, & quò diutius reconditum fuerit, magis tale efficitur, quam obrem oleum

Nucum
Juglan-
dium con-
sideratio
& histo-
ria.Juglan-
dec.Juglan-
dis vites
ex Gal.